Qui tribulant me exultabunt si motus fuero: ego autem in misericordia tua speraui.

Exultauit cor meum ĩ salutari tuo: cãtabo domino qui bona tribuit mihi, & psallã nomini domini altissimi.

Gloria patri, & filio. &c.

Sicut erat in princi. &c. Amẽ.

Psalmus. xlii.

¶ Oratio vt liberemur ab hostibus ad cantandum laudem dei.

IVdica me deus, & decerne causam meam de gente non sancta: ab homine iniquo & doloso erue me.

Quia tu es de⁹ fortitudo mea: quare me repulisti, & quare tristis incedo, dum affligit me

inimicus?
Emitte lucem tuam & veritatẽ tuam: ipsa me deduxerunt, & adduxerunt in montem sanctũ tuum & ĩ tabernacula tua.
Et introibo ad altare dei, ad deũ qui letificat iuuẽtutẽ meã.
Confitebor tibi ĩ cithera deus deus meus, quare tristis es aĩa mea, & quare conturbas me?
Spera in deo, quoniam ad huc confitebor illi: salutare vultus mei & deus meus.
Gloria patri, & filio. &c.
Sicut erat in principi. &c. Am.

¶ Antiphona.

SAlua nos domine vigilantes custodi nos dormiẽtes, vt vigilemus in Christo, & requi-

quiescamus in pace.

¶ Capitulum.

TV in nobis es domine, & nomen sanctum tuum inuocatum est super nos: ne derelinquas nos dñe deus noster.

¶ Hymnus.

REum creator omnium,
Te poscim⁹ hoc vesperi:
Defende nos per gratiam,
Ab hostis nostri fraudibus.
Nullo ludamur domine,
Vel somnio vel phasmate
In te cor nostrum vigilet,
Nec dormiat in crimine.
Summe pater, per filium
Largire quod te poscimus:
Cui per sanctum spiritum
Aeterna detur gloria. Amen.

¶Versiculus.

Ecce ancilla domini.

¶Respons.

Fiat mihi secundū verbū tuū.

¶Canticum *Simeonis iusti.*

NVnc dimittis seruum tuum domine, secundum verbum tuum in pace.

Quia viderunt oculi mei salutare tuum.

Quod parasti āte faciem omnium populorum.

Lumen ad reuelationem gentiū, & gloriā plebis tuę Israël.

Gloria patri, & filio &c̄.

Sicut erat in princi. &c̄. Amē.

¶Antiphona.

LVcem tuam domine nobis concede, vt depulsis

cordium

cordium tenebris, peruenire possimus ad lumen quod est Christus.

¶ Versicul.

Dñe exaudi orationem meã.

¶ Respons.

Et clamor meus ad te veniat.

¶ Oremus.

ILlumina quæsumus domine deus tenebras nostras, & totius noctis insidias tu à nobis repelle ꝓpitius. Per dñm nostrum Iesum Christum, qui tecum viuit & regnat in vnitate spiritus sancti, per omnia sæcula sæculorum. Amen.
Benedicamus domino.
Deo gratias.



Psalmus. vi.

¶ Oro peccatoris qui morbum cu-rari, ac hostes prosterni exoptat.

DOmine ne in furore tuo arguas me, neq; in ira tua corripias

corripias me.
Miserere mei domine, quoniã infirmus sum: sana me domine, quõ conturbata sunt ossa mea.
Et anima mea turbata est valde, sed tu domine vsquequo?
Conuertere domine, & eripe animam meam: saluum me fac propter misericordiam tuam.
Quoniam nõ est in morte qui memor sit tui: in inferno autẽ quis confitebitur tibi?
Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum: lachrimis meis stratum meum rigabo.
Turbatus est à furore oculus meus, inueteraui inter omnes inimicos meos.

Discedite à me omnes qui opeperamini iniquitatem quoniã exaudiuit dñs vocẽ fletus mei. Exaudiuit dominus deprecationem meam: dominus orationem meam suscepit.
Erubiscant, & conturbentur vehementer oẽs inimici mei: conuertãtur, & erubescãt valdè velociter.
Gloria patri, & filio. &c.
Sicut erat in prin. &c. Amen.

Psalmus. xxxi.

¶ Quomodo lugenda peccata, orãdus deus, & in ipso exultandũ.

BEati quorum remissę sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata.
Beatus vir cui non imputauit
 dominus

dominus peccatum, nec est in spiritu eius dolus.

Qm̄ tacui inueterauerunt ossa mea, dum clamarē tota die.

Quoniā die ac nocte grauata est super me manus tua, conuersus sum in erumna mea, dū configitur spina.

Delictum meū cognitum tibi feci, & iniustitiam meam non abscondi.

Dixi, cōfitebor aduersum me iniustitiam meam domino: & tu remisisti impietatem peccati mei.

Pro hac orabit ad te oīs sanctus in tempore oportuno.

Verumtamē in diluuio aquarum multarum ad eum non

approximabunt.
Tu es refugium meum à tri-
bulatione, quę circūdedit me:
exultatio mea, erue me à cir-
cundantibus me.
Intellectū tibi dabo, & instru-
am te in via hac qua gradieris:
firmabo super te oculos meos.
Nolite fieri sicut equus & mu-
lus, ī quibus nō est in tellectus.
In chamo & freno maxillias e-
orum constringe, qui non ap-
proximant ad te.
Multa flagella peccatoris, spe-
rantem autem in domino mi-
sericordia circundabit.
Lętamini ī dn̄o & exultate iu-
sti, & gl'amini oēs recti corde.
Gloria &c. Sicut erat. &c Am̄.
Psalmus

Psalmus.xxxvii.

¶ Peccator peccatorum pondere pressus implorat opem dei, cuius miæ sese committet.

DOmine ne in furore tuo arguas me, neq; in ira tua corripias me.
Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi: & confirmasti super me manum tuum.
Non est sanitas in carne mea à facie iræ tuæ: nõ est pax ossibus meis à facie peccatorũ meorũ.
Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum: & sicut onus graue grauatæ sunt super me.
Putruerũt & corruptæ sũt cicatrices meæ à facie isipiẽtię meę.

Miser factus sum, & curuatus sum vsq; in finem: tota die cōtristatus ingrediebar.

Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus: & non est sanitas in carne mea.

Afflictus sum, & humiliatus sum nimis, rugiebā à gemitu cordis mei.

Domine ante te omne desiderium meum: & gemitus meus à te non est absconditus.

Cor meum conturbatum est, dereliquit me virtus mea: & lumen oculorum meorum, & ipsum non est mecum.

Amici mei & proximi mei aduersum me appropinquauerunt, & steterunt.

Et qui iuxta me erant de lōge steterunt: & vim faciebant qui quærebant animam meam.
Et qui inquirebant mala mihi, locuti sunt vanitates: & dolos tota die meditabantur.
Ego autem tanq̄ surdus non audiebam: & sicut mutus non aperiens os suum.
Et factus sum sicut homo non audiens, & non habens in ore suo redargutiones.
Qm̄ in te domine speraui: tu exaudies me dn̄e deus meus.
Quia dixi nequando supergaudeant mihi inimici mei, & dum commouētur pedes mei super me magna locuti sunt.
Quoniam ego in flagella paratus

cepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexisti: incerta & occulta sapientię tuę manifestasti mihi.

Asperges me domine hyssopo, & mundabor: lauabis me, & super niuem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium & læticiam: & exultabunt ossa humiliata.

Auerte faciẽ tuã à peccatis meis, & oẽs iniquitates meas dele.

Cor mundum crea ĩ me deus, & spiritum rectum innoua in visceribus meis.

Ne proiicias me à facie tua: & spiritum sanctum tuum ne auferas à me.

Redde mihi leticiam salutaris

tui, & spiritu principali con-
firma me.
Docebo iniquos vias tuas, &
impii ad te conuertentur.
Libera me de sãguinibus de-
us deus salutis meę: & exulta-
bit lingua mea iustitiam tuã.
Dñe labia mea aperies, & os
meũ annunciabit laudem tuã.
Quoniam si voluisses sacrifi-
cium, dedissem vtiq;, holocau-
stis non delectaberis.
Sacrificiũ deo spiritus contri-
bulatus, cor contritũ & humi-
liatum deus non despicies.
Benignè fac domine in bona
voluntate tua Sion vt ędificẽ-
tur muri Hierusalem.
Tunc acceptabis sacrificiũ iu-
stitiae

stitiae, oblationes & holocau-
sta; tunc imponent super alta-
re tuum vitulos.
G loria patri & filio. &c.
S icut erat in princi &c. Amen.

Psalmus. cl.

¶ Querela pij ad deum ab im-
piis grauiter vexati.

DOmine exaudi orationē
meam, & clamor meus
ad te veniat.
N on auertas faciē tuam à me,
in quacunq; die tribulor, in-
clina ad me aurem tuam.
I n quacunq; die inuocauero
te, velociter exaudi me.
Q uia defecerunt sicut fumus
dies mei; & ossa mea sicut cre-
mium aruerunt.

Percussus sum vt foenum, & aruit cor meum: quia oblitus sum comedere panem meum.
A voce gemitus mei adhęsit os meum carni meæ.
Similis factus sum pellicano solitudinis: factus sum sicut nicticorax in domicilio.
Vigilaui, & factus sum sicut passer solitarius in tecto.
Tota die exprobrabant mihi inimici mei: & qui laudabant me aduersum me iurabant.
Quia cinerem tanquam panem manducabam: & potum meū cum fletu miscebam.
A facie iræ indignationis tuę, quia eleuans allisisti me.
Dies mei sicut vmbra declina-

uerũt: & ego sicut foenũ arui.
Tu autẽ dñe inæternum permanes, & memoriale tuum in generatione & generationẽ.
Tu exurgens domine misereberis Sion: quia tempus miserendi eius, quia venit tempus.
Quoniam placuerunt seruis tuis lapides eius: & terræ eius miserebuntur.
Et timebunt gentes nomẽ tuum domine, & omnes Reges terræ gloriam tuam.
Quia ędificauit dominus Siõ: & videbitur in gloria sua.
Respexit in orationem humiliũ: & non spreuit precẽ eorũ.
Scribantur hęc ĩ generatione altera, & populus qui creabi-
tur

tur laudabit dominum.
Quia pspexit de excelso sctō
suo: dn̄s de coelo ĩ t̄rā aspexit.
Vt audiret gemit⁹ cōpeditorū
vt solueret filios ĩterēptorū.
Vt annuncient in Sion nomē
dn̄i, & laudē eius in Hierusalē
In conueniēdo populos ĩ vnū
& reges vt seruiant domino.
Respondit ei in via virtutis
suae: paucitatem dierum meo-
rum nuncia mihi.
Ne reuoces me in dimidio di-
erum meorum, in generatione
& generationem anni tui.
Iniicio tu dn̄e terrā fūdasti, &
opera manuū tuarū sunt coeli.
Ipsi peribūt, tu aūt pmanes: &
oēs sicut vestimētū veterascēt.

Afflixit in via forti-tudinē me-am, abreui-auit dies meos.

Et sicut opertoriū mutabis eos, & mutabūtur: tu aūt idem ipse es, & anni tui nō deficiēt.

Filii seruorū tuorū habitabūt & semē eorū ī sæculū dirigē.

Gloria patri, & filio. &c.

Sicut erat in principi &c. Amē.

Psalmus. cxxix.

Peccator ob peccata mulctatus, petit solui a peccato & peccati pœna.

DE profundis clamaui ad te domine, domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intēdentes in vocem deprecationis meæ.

Si īiquitates obseruaueris domine, domine quis sustinebit?

Quia apud te ꝓpitiatio est: & ꝓpter legē tuā sustinui te dñe.

Sustinuit

Sustinuit anima mea ĩ verbo eius: sperauit aĩa mea in dño.
A custodia matutina vsq; ad noctem speret Israël in dño.
Quia apud dominum mĩa: & copiosa apud eum redemptio.
Et ipse redimet Israël ex omnibus iniquitatibus eius.
Gloria patri & filio. &c̃.
Sicut erat in princi. &c̃. Amen.

Psalmus. cxli.

¶ Iustus malis affectus orat vt eripiatur a malis.

DOmine exaudi orationẽ meam: auribus percipe obsecrationem meã in veritate tua, exaudi me ĩ tua iustitia.
Et nõ intres in iudicium cum seruo tuo: quia nõ iustificabitur

tur ĩ conspectu tuo oĩs viuẽs.
Quia persecutus est inimicus animam meam: humiliauit in terra vitam meam.
Colocauit me ĩ obscuris, sicut mortuos sæculi, & anxitatus est super me spiritus meus: in me turbatum est cor meum.
Memor fui dierum antiquorum: meditatus sum in omnibus operibus tuis, & in factis manuum tuarum meditabar.
Expãdi manus meas ad te, aĩa mea sicut terra sine aqua tibi.
Velociter exaudi me domine, defecit spiritus meus.
Non auertas faciem tuam à me, & similis ero descendentibus in lacum.

Auditam fac mihi manè misericordiã tuã, quia in te speraui
Notã fac mihi viã in qua ãbulẽ: quia ad te leuaui aĩam meã.
Eripe me de ĩimicis meis dñe, ad te confugi: doce me facere volũtatẽ tuã, qa de⁹ me⁹ es tu.
Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam: propter nomen tuum domine viuificabis me in æquitate tua.
Educes de tribulatione animã meam: & in mĩa tua disperdes omnes inimicos meos.
Et perdes omnes qui tribulãt animam meam: quoniam ego seruus tuus sum.
Gloria patri & filio. &c̃.
Sicut erat in princi. &c̃. Amẽ.

¶ Antiphona.

NE reminiscaris domine i̅a niquitatu̅ nostrarum antiquaru̅: sed misericordia tua præueniat nos: sumus eni̅ miserrimi. Adiuua nos de⁹ seruator noster, & propter gloriam nominis tui libera nos. Esto nobis propitius, & propter nomen tuum condona nobis peccata nostra. Ne dicant impii, vbi est deus coru̅. Nos autem populus tuus, & oues pascuæ tuæ. Semper gratias agemus tibi. A generatione in generatione̅ prouulgabimus laudem tuam. Tibi honor & gloria i̅ æternum. Amen.

Pater



Pater de cœlis deus, miserere nobis. Pater. &c.
Fili redemptor mūdi deus, miserere nobis. Fili redemptor, &c
Spūs scte deus, à pre filióq; pcedēs, miserere nobis. Spūs, &c
O sancta beata & gloriosa trinitas, tres personæ & vnus deus, miserere nobis. O sācta, &c.
[redacted]

[redacted]

Ne recorderis domine deli-
cta nostra, neq; parentum no-
strorum, neq; vindictã sumas
de peccatis nostris: parce do-
mine parce populo tuo, quem
preciosissimo sãguine tuo re-
demisti, neq; in æternum ira-
scaris nobis.

Libera nos domine.

Ab oĩ malo & scelere, à pecca-
to, ab insidiis & ĩsultibus dia-
boli, ab ira & ęterna dãnatiõe.

Libera nos domine.

A cæcitate cordis à superbia,
vana gloria, hypocrisi, ĩuidia,

odio, malicia, immisericordia.
Libera nos domine.
A fornicatione, & omni peccato letali, ab omnibus imposturis mūdi carnis & diaboli,
Libera nos domine.
A fulmine, tempestate, plaga, peste, fame, bello, clade, & improuisa morte,
Libera nos domine.
[redacted]
Libera nos domine.
Per mysterium sanctæ incar-

nationis tuae, per natiuitatem tuam, circumcisionem, baptismũ, ieiuniũ, & tentationẽ tuã,

Libera nos domine.

Per angorẽ tuũ, & sanguinolentũ sudorẽ, per crucẽ & passionẽ tuã, per preciosam mortẽ & sepulturã, per gloriosam resurrectionẽ & ascentionem tuã, ꝑ aduentũ sancti spiritus,

Libera nos domine.

In oĩbus reb' aduersis & ꝓsperis, ĩ hora mortis, ĩ die iudicii,

Libera nos domine.

Peccatores te rogamus dñe deus audi nos, vt sãctã catholicã ecclesiã tuã regere & gubernare ĩ recta via digneris.

Te rogamus audi nos.

Vt regē nostrum & guberna-
torem Henricum octauū fa-
mulū tuū cōseruare digneris:
Te rogamus audi nos.

Vt cor illius in fide, timore ac
dilectiōe tui regere digneris:
vt semper tibi fidat, & semper
honorē gloriāmq; tuā quęrat:
Te rogamus audi nos.

Vt defēsor & cōseruator illius
esse velis, & de oībus inimicis
victoriā illi donare digneris:
Te rogamus audi nos.

Vt nobilem reginam Cathæ-
rinam in timore & dilectione
tui conseruare digneris: atq;
omnis pietatis, honoris, & li-
berorum incrementū tribuas:
Te rogamus audi nos.

Vt nobilem principem nostrum Edouardum, & omnes regiæ maiestatis liberos defẽdere & conseruare digneris

Te rogamus audi nos.

Vt episcopos, pastores, & ministros ecclesię vera cognitione & intelligentia verbi tui illuminare digneris: idq; tũ cõcionãdo, tũ viuendo ꝓmoueãt & ex rei dignitate explicent:

Te rogamus audi nos.

Vt regios consiliarios, & omnẽ nobilitatẽ, gratia sapiẽtia & intelligẽtia imbuere digneris:

Te rogamus audi nos.

Vt magistrat⁹ bees ac tuearis, & gratiã illis largiaris, quo æquitatẽ & veritatẽ ꝓmoueant:

Te rogamus audi nos.

Vt omnem populum tuũ beare & conseruare digneris:

Te rogamus audi nos.

Vt omnibus nationibus vnitatem, pacem, concordiam donare digneris:

Te rogamus audi nos.

Vt nobis cor dare digneris, quo amemus & timeamus te, & viuendo diligenter sequamur mandata tua:

Te rogamus audi nos.

Vt omni populo tuo gratiæ incrementum donare digneris ad audiẽdum pie verbum tuum, & ad recipiendum illud sincero animo, & ad fructus spiritus procedendos:

Te rogamus audi nos.

Vt deceptos & errantes in viã veritatis deducere digneris.

Te rogamus audi nos.

Vt stantes roborare & recreare, & imbecilli animi viros adiuuare, cadentes erigere, satanam denicꝫ sub pedibus nostris conterere digneris.

Te rogamus audi nos.

Vt oẽs q̇ ĩ periculis, necessitatib⁹, anxietatibúsꝗꝫ sũt iuuare erigere, & recreare, digneris.

Te rogamus audi nos.

Vt omnes terra maríꝗꝫ iter facientes, foeminas grauidas ægrotantes, teneros ĩfantes cõseruare, & misericordiã tuam in captiuos, & in carcere abie-

ctos

ctos ostendere digneris:

Te rogamus audi nos.

Vt orbos & viduas defendere illisque & oibus derelictis, oppressisque opem ferre digneris

Te rogamus audi nos.

Vt omnium hominum misereri digneris:

Te rogamus audi nos,

Vt inimicis, persecutoribus, obtrectatoribus nostris condonare, & illorum corda mutare digneris:

Te rogamus audi nos.

Vt fructus terræ tempestiuos nobis dare, ita vt eos oportuno tempore pcipiamus ac fruamur eósque cōseruare digneris:

Te rogamus audi nos.

Vt veram pœnitentiã, & peccatorum, negligentiarũ, ignorantiarũ remissionem donare, & sancti spiritus gratia, ad vitam nostram secũdum sanctũ verbum tuum emendandam, nos imbuere digneris:

Te rogamus audi nos.

Fili dei: Te rogamus audi nos

Agnus dei, qui tollis peccata mundi: Dona nobis pacem.

Agn⁹ dei, q̇ tollis peccata mũdi

Miserere nobis.

Christe exaudi nos.

Kyrie eleëson.

Christe eleëson.

Kyrie eleëson.

Pater noster. &c̄.

Et ne nos ĩducas in tẽtationẽ.

Sed

Sed libera nos à malo. Amen.

¶ Versicu.

Domine ne secundum peccata nostra feceris nobis.

¶ Respons.

Neq; secundũ iniquitates nostras, retribuas nobis.

¶ Oremus.

DEus misericors pater, qui contriti cordis gemitum non despicis, nec moerentium spernis affectum: benignè precibus nostris adesto, quas in omnibus perturbationibus asperitatibúsq; rerũ, si quando nos opprimant, adhibemus: & clemẽter exaudi nos, vt ea mala, quæ molitiones machinǽq; diabolicæ aut humanę contra

nos intentant, ad nihilum deducantur, & prouidentia benignitatis tuæ dispergantur: vt nos famuli tui nullis īsectationibus læsi, semper tibi in ecclesia sācta gratias agamus. Per Christum dn̄m nostrum.

Exurge dn̄e adiuua nos, & libera nos propter nomē tuum.

Deus auribus nostris audiuimus, patres nostri narrauerūt nobis magnifica facta tua quę gessisti illorum ætate, & ī pręteritis antea sæculis.

Exurge dn̄e adiuua nos, & libera nos propter honorē tuū.

Gloria patri & filio &c.

Sicut erat in prin&c. Amen.

Ab inimicis nostris defende

nos

nos Christe.
Afflictiões nr̄as benign' aspice
Dolorem cordis nostri respi-
ce clemens.
Peccata populi tui pi' remitte.
Petitiones nostras misericors
exaudi.
Fili Dauid miserere nostri.
Nunc & semper nos exaudire
digneris ô Christe.
Exaudi clementer nos ô Chr̄e,
clementer exaudi nos, ô dn̄e
Christe ¶ Versicu.
Fiat mīa tua domine sup nos.
¶ Respons.
Queadmodū sperauimus ī te.

¶ Oremus.

INfirmitates nostras quesu-
mus domine pater clemēter

respice, & mala omnia quę iu-
stissime meremur ꝓpter glo-
riam noīs tui auerte: concede
hoc dn̄e mediatoris & aduoca-
ti nr̄i Iēsu Christi causa. Amē.

DEus cui propriū est mise-
reri sēper & percere, pe-
titiōes nr̄as benignus suscipe,
& quamq́ꝫ peccatorū vinculis
illigamur, mīę tuę benignitate
soluamur. Concede hoc Iēsu
Christi mediatoris & aduoca-
ti nostri causa. Amen.

OMnipotens sempiterne
deus, qui solus facis mi-
rabilia, dimitte in episcopos
nr̄os & pastores omnésq́ꝫ gre-
ges illorū fidei commissos sa-
lutarem tuę gratię spiritum: &

vt tibi verè placeant perpetuum rorem tuæ benedictionis affunde. Cõcede hoc domine, mediatoris & aduocati nostri Iesu Christi causa. Amen.

IMmensam quæsumus dñe miam tuam, quam nulla potest lĩgua dignè explicare, nobis ostende: vt à peccatis nr̃is pœnáq; pro illis debita, benignitate tua liberemur. Cõcede hoc dñe, mediatoris & aduocati nr̃i Iesu Christi causa. Am̃.

COncede quesumus omnipotens deus, vt qui ĩ perturbatiõibus nostris vniuersam fiduciam in misericordia tua collocamus, præsidio tuo aduersus ĩgrauescentes res ad

uersas defendamur. Concede hoc domine deus mediatoris & aduocati nostri Iesu Christi causa. Amen.

Precatio Chrisostõi.

OMnipotens deus qui hoc tempore vt vnanimi voce supplicationes nostras tibi faciamus, gratiose largitus es: & promisisti, si quando duo aut tres in nomine tuo cõgregati fuerit, vota illorũ te concessurũ, exple voluntates domine petitionésq; seruorũ tuorum, quemadmodum ex vsu illorum maximè futurum est, & annue, vt in hoc sæculo cognitionem veritatis tuę, in futuro autem vitam ęternam, habeamus. Amen.



Psalmus.cxiiii.

¶ Laus dei cuius beneficio seruamur in aduersis.

DIlexi, quoniam exaudiet dn̄s vocē orationis meæ.

Quia iclinauit aurẽ suã mihi, & in diebus meis inuocabo.
Circundederunt me dolores mortis: & pericula inferni inuenerunt me.
Tribulationem & dolorem inueni: & nomẽ dñi inuocaui.
O domine libera animam meam: misericors dñs & iustus, & deus noster miseretur.
Custodiens paruulos dñs: humiliatus sum & liberauit me.
Conuertere aĩa mea in requiẽ tuam: quia dñs benefecit tibi.
Quia eripuit animam meam de morte: oculos meos à lachrimis, pedes meos à lapsu.
Placebo domino in regione viuorum.

Psalmus.xl.

¶ Beatus qui miseretur pauperes, hũc dominus ab hostibus vindicat, & æternum seruat.

BEatus qui intelligit super egenum & pauperem, in die mala liberabit eum dñs.
Dominus cõseruet eum & viuificet eum & beatum faciat eum in terra, & nõ tradat eum in animam inimicorum eius.
Dñs opẽ ferat illi super lectũ doloris eius: vniuersũ stratũ eius versasti ĩ infirmitate eius.
Ego dixi, dñe miserere mei: sana animã meã q̇a peccaui tibi.
Inimici mei dixerũt mala mihi qñ morief & pibit nomẽ eius?
Et si ĩgrediebatur vt videret:

vana

vana loquebatur, cor eius con gregauit iniquitatem sibi.

Egrediebatur foras: & loque= batur in idipsum.

Aduersum me susurrabāt om= nes inimici mei, aduersum me cogitabant mala mihi.

Verbum iniquū constituerūt aduersū me: nunquid qui dor= mit non adiiciet vt resurgat?

Etenim homo pacis meæ in quo speraui, qui edebat pa= nes meos, magnificauit super me supplantationem.

Tu aūt dn̄e miserere mei, & re suscita me, & retribuam eis.

In hoc cognoui quoniam vo= luisti me: quoniam non gau= debit īimicus meus super me.

Me autem propter innocentiam suscepisti: & confirmasti me in conspectu tuo in æternum.

Benedictus dñs deus Israel, à sæculo & in sæculum fiat fiat.

Psalmus. cxlv.

¶ Mouemur ad laudandum deum & ad sperandum in illum non in homines.

LAuda anima mea dominũ: laudabo dñm in vita mea, psallã deo meo quãdiu fuero.

Nolite cõfidere ĩ prĩcipibus: nec in filiis hominum, in quibus non est salus.

Exibit spiritus eius & reuertetur in terrã suã: in illa die peribunt oẽs cogitationes eorum.

Beatus cuius deus Iacob adiu-

tor eius, ſpes eius in dño deo ipſius, qui fecit cœlum & terrã mare & omnia quę in eis ſunt.
Qui cuſtodit veritatem in ſæculum: facit iudiciũ ĩiuriã patientibus, dat eſcã eſuriẽtibus.
Dominus ſoluit compeditos: dominus illuminat cæcos.
Dominus erigit eliſos: dominus diligit iuſtos.
Dominus cuſtodit aduenas: pupillum & viduam ſuſcipiet & vias peccatorum diſperdet.
Regnabit dominus in ſecula: deus tuus Syon, in generatione & generationem.
Requiem æternam domine dona populo tuo:
Et lux perpetua luceat eis.

A porta inferorum:
Erue domine animas eorum.
Credo videre bona domini:
In terra viuentium:
Dñe exaudi orationem meam
Et clamor meus ad te veniat.

¶ Oremus.

DEus cui ꝓprium est misereri sẽper & parcere, miserere animarum famulorum famularumq; tuarum. & omnia ipsorum peccata remitte, vt à mortis vinculis soluti, ad vitã ęternã ascẽdãt. Per Christum dominum nostrũ. Amẽ.

DEus, omnis remissionis dominus, concede animę famuli tui N. annuam memoriam hodiè recolimus, locum

refrigerii,

refrigerii, hoc est beatam quiẽ-
etẽ & luminis tui claritatẽ. Per
Christum dñm nostrum Amẽ.

DEus creator ac redẽptor
omnis fidelis populi, cõ-
cede aĩabus oĩum verè fideliũ
iã vita defunctorũ oĩum pec-
catorũ remissionẽ: vt piis pre-
cibus veniã quã sẽper optaue-
rũt, à tua benignitate obtine-
ãt: q̃ vẽtur⁹ es iudicare viuos &
mortuos & sęculũ p̱ ignẽ. Amẽ.
Fidelium animarum miserere
deus. Amen.

Psalmus. v.

¶ Pius defentionẽ adeo petit, vt ho
stium consilia dissipentur, vt dei bo
nitas inter pios annuncietur.

VErba mea auribus perci-
pe domine, intellige cla-

morem

morem meum.
Intende voci orationis mee:
rex meus & deus meus.
Quoniã ad te orabo domine:
mane exaudies vocem meam.
Mane aſtabo tibi, & videbo
quoniam non deus volens ini-
quitatem tu es.
Neq; habitabit iuxta te mali-
gnus: neq; permanebunt in-
iuſti ante oculos tuos.
Odiſti omnes qui operantur
ĩiquitatem: perdes omnes qui
loquuntur mendacium.
Virum ſanguinũ & doloſum
abominabitur dominus: ego
autem in multitudine mĩe tue.
Introibo in domum tuam: ad-
orabo ad templum ſanctum

tuum in timore tuo.
Domine deduc me in iustitia tua ꝓpter inimicos meos: dirige in cõspectu tuo viam meã.
Quoniam non est in ore eorũ veritas: cor eorum vanum est.
Sepulchrum patẽs est guttur eorum: linguis suis dolosè agebant, iudica illos deus.
Decidãt à cogitationibus suis: secundum multitudinẽ impietatum eorum expelle eos, quoniam irritauerunt te domine.
Et lætentur omnes qui sperãt in te: in æternum exultabunt & habitabis in eis.
Et gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuũ: quoniam tu benedices iusto.

Domine vt scuto bonæ volun-tatis tuæ coronasti nos.

Psalmus. xxvii.

¶ Bonitas dei erga suos, vnde ad sperandum in deo animantur, vtcunque fremant aduersarii, & ad gloriandum in dei ope, & ad ipsum magnificandum.

Pulcrẽ-docem.

DOminus illumĩatio mea, & salus mea, quẽ timebo?
Dominus protector vitę meę, à quo trepidabo?
Dum appropiãt super me nocentes, vt edant carnes meas.
Qui tribulant me inimici mei ipsi ĩfirmati sunt & ceciderũt.
Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum.
Si exurgat aduersum me prelium, in hoc ego sperabo.

Vnam petii à dño, hãc requi-
ram, vt inhabitẽ in domo dñi
omnibus diebus vitæ meæ.

Pulcritu-dinem. Vt videam* voluntatem do-
mini & visitem templum eius.
Qm̃ abscondit me in taberna-
culo suo ĩ die malorũ, protexit
me ĩabscõdito tabernaculi sui.
In petra exaltauit me: & nunc
exaltauit caput meum super
inimicos meos.
Circuiui & immolaui ĩ taber-
naculo eius hostiã vociferatio-
nis: cãtabo, & psamũ dicã dño.
Exaudi domine vocem meam
qua clamaui ad te, miserere
mei, & exaudi me.
Tibi dixit cor meum, exquisi-
uit te facies mea; faciam tuam

domine requiram.

Ne auertas faciem tuam à me: ne declines in ira à ſeruo tuo.

Adiutor meus eſto: ne derelinquas me, neque deſpicias me deus ſalutaris meus.

Quoniam pater meus & mater mea dereliquerunt me: dominus autem aſſumpſit me.

Legem pone mihi domine in via tua: & dirige me in ſemita recta propter inimicos meos.

Ne tradideris me ĩ animas tribulantium me, quoniã inſurrexerunt in me teſtes iniqui, & ✝ mentita eſt iniquitas ſibi. impietatẽ locuti ſun

Credo videre bona domini in terra viuentium.

Expecta dominum: viriliter

age, & confortetur cor tuum, & sustine dominum.

Psalmus.xli.

¶ Pius ab impiis vexatur: qui doles queritur apud deum.

Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarũ: ita desiderat aĩa mea ad te de⁹. Sitiuit aĩa mea ad deum * fontem viuum: quando veniam, & apparebo ante faciem dei? Fuerunt mihi lachrymae meae panes die ac nocte, dũ dicitur mihi quotidie, vbi est de⁹ tu⁹? Haec recordatus sum & effudi in me animam meam: quoniã trãsibo ĩ locũ tabernaculi admirabilis, vsque ad domũ dei. In voce exultationis & confessionis,

fortem.

ſionis, ſonus epulantis.
Quare triſtis es anima mea, &
quare conturbas me?
Spera in deo: quoniam adhuc
confitebor illi ſalutare vultus
mei & deus meus.
Ad meipſum anima mea con-
turbata eſt: propterea memor
ero tui de terra Iordanis, &
Hermonii, a monte modico.
Abyſſus abyſſum inuocat, in
voce cataractarum tuarum.
*Omnia excelſa tua, & fluctus tui ſuper me tranſierunt. Omnes inundatiões.
In die mãdauit dñs miſericor-
diam ſuã, & nocte cãticũ eius.
Apud me oratio deo vite mee,
dicam deo ſuſceptor meus es.
Quare oblitus es mei, & quare

contristatus incedo, dum af-
fligit me inimicus?
Dum confringūtur ossa mea,
exprobrauerunt mihi, qui tri-
bulant me, inimici mei.
Dum dicunt mihi per sīgulos
dies, vbi est deus tuus?
Quare tristis es anima mea, &
quare conturbas me?
Spera in deo; quoniam adhuc
confitebor illi salutare vultus
mei & deus meus.

¶ Antiphona.

CRedo videre bona domi-
ni, in terra viuentium.
Requiem æternā domine do-
na populo tuo:
Et lux perpetua luceat eis.
Pater noster &c.

Et ne nos inducas in tentationem.
Sed libera nos à malo.
¶ Lectio prima.
MAnus tue fecerunt me, & Iiob. x.
plasmauerunt me totum
in circuitu & sic repentè præ-
cipitas me? Memento quod sicut
lutum feceris me, & in puluerem
reduces me. Nonne sicut lac
mulsisti me & sicut caseum me
coagulasti? Pelle & carne ve-
stisti me, ossibus & neruis com-
pegisti me. Vitam & misericor-
diam tribuisti mihi, & visitatio
tua custodiuit spiritum meum.
¶ Antiphona.
SCio quod redemptor meus vi-
uit, & innouissimo die de
terra surrecturus sum, & rur-
 sum

sum circũdabor pelle mea, &
in carne mea videbo deũ, quẽ
visurus sum ego ipse, & oculi
mei conspecturi sunt & non a-
lius, reposita est hæc spes mea
in sinu meo.

Iohn. v. ¶ Lectio secunda.

AMen amẽ dico vobis, qui
audit verbum meum, &
credit ei qui misit me, habet vi
tam æternam, & in iudicium
non venit, sed transit a morte
in vitam. Amen amẽ dico vo-
bis, quia venit hora & nũc est,
quando mortui audient vocẽ
filii dei, & qui audierint viuẽt.
Sicut enim pater habet vitam
in semetipso: sic dedit & filio
habere vitam in semetipso, &

 potestatem

potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est. Nolite mirari hoc, quia venit hora in qua omnes qui in monumentis sunt, audient vocem filii dei. Et procedent qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ: qui verò mala egerunt, in resurrectionem iudicii.

¶ Antiphona.

NOlum vos ignorare fratres de dormientibus, vt non contristemini, sicut & ceteri qui spem non habent. Si enim credimus quòd Iesus mortuus est, & resurrexit, ita & deus eos qui dormierunt per Iesum, adducit cum eo. i. Thes. iiii.

¶ Lectio tertia.

i. Cor. xv. ECce, mysteriũ vobis dico. Oẽs quidem resurgemus, sed non oẽs immutabimur. In momento in ictu oculi, in nouissima tuba (canet enĩ) & mortui resurgẽt ĩcorrupti, & nos immutabimur. oportet enim corruptibile hoc ĩduere ĩcorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. Cum autẽ mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo qui scriptus est: Absorpta est mors ĩ victoria. Vbi est mors victoria tua? Vbi est mors stimulus tuus? Stimulus autem mortis, peccatum est: virtus verò peccati, lex. Deo autẽ gratias qui dedit nobis victoriã,

 per

per dñm nostrũ Iesũ Christũ.

¶ Antiphona.

LIbera me dñe à morte æter-
na ĩ die illa tremẽda quãdo
cœli mouendi sunt & terra, dũ
veneris iudicare sclum p ignẽ.
Dies illa dies iræ: calamitatis
& miseriæ, dies magna & ama-
ra valdè.
Ne tradas bestiis animas con-
fitentium tibi, & ne obliuiscan-
ris in æternum animas paupe-
rum tuorum.

Psalmus. xxix.

¶ Gratiarum actio ob recuperatã
sanitatẽ, bonitatis dei laus, qui leues
aduersitates graui mutat solatio.

EXaltabo te domine, quo-
niã suscepisti me, nec dele-
ctasti inimicos meos super me.

Domine

Domine deus meus clamaui ad te, & sanasti me.
Domine eduxisti me ab inferno animam meam: saluasti me à descendentibus in lacum.
Psallite dño scti eius: & cõfitemini memoriæ sctĩtatis eius.
Quoniam ira in indignatione eius: & vita in voluntate eius.
Ad vesperũ demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia.
Ego autem dixi in abundãtia mea, non mouebor inæternũ.
Domine in voluntate tua præstitisti decori meo virtutem.
Auertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus.
Ad te domine clamabo: & ad deum meum deprecabor.

Quę vtilitas in sanguine meo, dū descendero ī corruptionē.

Nunquid confitebitur tibi puluis, aut annunciabit veritatem tuam?

Audiuit dn̄s & misert⁹ est mei dn̄s factus est adiutor meus.

Conuertisti plāctum meum ī gaudium mihi: cōcidisti saccū meū, & circūdedisti me lętitia.

Vt cātet tibi gloria mea, & nō compūgar: domine deus meus in æternum cōfitebor tibi.

Esa. xxxviii.

Gratiæ aguntur ob restitutam valetudinem.

EGo dixi, ī dimidio dierum meorum vadam ad portas inferi.

Quæsiui

Quæsiui residuum annorum meorum: dixi, nō videbo dominum deū in terra viuentiū.
Non aspiciā hominem vltra & habitatorem quietis.
Generatio mea ablata est, & cōuoluta est à me, quasi tabernaculum pastorum.
Præcisa est velut à texēte vita mea, dum adhuc ordirer succedit me de manè vsq; ad vesperam, finies me.
Sperabam vsq; ad manè: quasi leo sic contriuit oīa ossa mea.
De manè vsq; ad vesperam finies me: sicut pullus hirundinis clamabo, meditabor vt co
Attenuati sunt oculi mei (lumba. suspicientes in excelso.

Domine vim patior, respōde pro me: quid dicā, aut quid respōdebit mihi, cū ipse fecerit?
R ecogitabo tibi omnes ānos meos, ī amaritudine aīæ meæ.
D ñe si sic viuitur, & in talibus vita spiritus mei, corripies me & viuificabis me: ecce, in pace amaritudo mea amarissima.
Tu aūt eruisti animam meam vt non periret: proiecisti post tergum tuum oīa peccata mea
Q uia non infernus confitebitur tibi, neq; mors laudabit te non expectabunt, qui descendunt in lacum, veritatem tuā.
Viuens viuēs ipse cōfitebitur tibi, sicut & ego hodie: pr̄ filiis notam faciet veritatem tuam.

Domine saluũ me fac: & psalmos nostros cãtabimus cũctis diebus vitę nostrę ĩ domo dñi.

Psalmus.lxx.

¶Deũ vnicum nostrum refugium oremus, in ipso speremus ipsum magnificemus.

IN te domine speraui, non cõfundar ineternum: in iustitia tua libera me.

Inclina ad me aurem tuam, accelera vt eruas me.

Esto mihi ĩ deũ ꝓtectorẽ, & ĩ locũ munitũ vt sauũ me facias

Quoniam firmamentum meum, & refugium meum es tu.

Deus meus eripe me de manu peccatoris, & de manu contra legem agentis & iniqui.

Qm̃ tu es patientia mea dñe:

dñe spes mea à iuuentute mea.
In te cõfirmat⁹ sũ ex vtero de
vẽtre mr̃is meæ: tu es ꝓtector
In te cãtatio mea sẽper, (meus.
tanq̃ prodigium factus sum
multis, & tu adiutor fortis.
Repleatur os meum laude: vt
cantem gloriam tuam, tota die
magnitudinem tuam.
Ne proiicias me in tempore
senectutis: cum defecerit vir-
tus mea, ne derelinquas me.
Quia dixerũt ĩimici mei mihi
& qui custodiebant aĩam meã
consilium fecerunt in vnum.
Dicẽtes, deus dereliquit eum:
persequimini & cõprehendi-
te eũ, quia non est qui eripiat.
Deus ne elongeris à me: deus

meus ĩ auxilium meũ respice.
Cõfũdãtur & deficiãt detrahẽ
tes aĩe meę, operiãtur cõfusiõe &
pudore, qui querũt mala mihi
Ego aũt sẽper sperabo: & adii-
ciam super omnem laudẽ tuã.
Os meum annunciabit iustiti-
am tuã; tota die salutare tuum.
Qm̃ nõ cognoui literaturã, ĩ-
troibo in potentias dñi; dñe
memorabor iustitię tuę solius.
Deus docuisti me à iuuentute
mea & vsq; nunc, pronuntia-
bo mirabilia tua.
Et vsq; in senectam & senium,
deus ne derelinquas me.
Donec annunciẽ brachiũ tuũ
generationi oĩ, quę vẽtura est.
Potentiã tuã & iustitiã tuã de-

tis, vsque in altissima que fecisti magnalia, deus quis similis tibi?
Quantas ostẽdisti mihi tribulationes multas & malas, & cõuersus viuificasti me: & de abyssis tẽre iterũ reduxisti me.
Multiplicasti magnificẽtiã tuam: & cõuersus cõsolatus es me.
Nã & ego cõfitebor tibi ĩ vasis psalmi veritatẽ tuã deus: psallã tibi ĩ cithara sanctus Israël.
Exultabunt labia mea cum cãtauero tibi, & anima mea quã redemisti.
Sed & lingua mea tota die meditabitur iustitiam tuam; cum confusi & reueriti fuerint qui quærunt mala mihi.

¶ Antiphona.

 Ego

EGo sũ resurrectio & vita, q̃ credit ĩ me, etiã si mortuus fuerit, viuet. Et q̇ viuit & credit in me, mortem non videbit inæternum.

Kyrie eleëson.

Christe eleëson.

Kyrie eleëson.

Pater noster. &c̄.

Et ne nos ĩducas ĩ tentationẽ.

Sed libera nos à malo.

Requiem æternam domine dona populo tuo.

Et lux perpetua luceat eis.

A porta inferorum.

Erue domine animas eorum̃.

Credo videre bona domini,

In terra viuentium.

Dñe exaudi orationẽ meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

¶Oremus.

DEus qui nos p̱ Pauli apostoli tui os docuisti, de dormiẽtibus ĩ Chr̃o nõ dolere cõcede nobis quęsumꝰ, vt ĩ aduẽtu filii tui dñi nr̃i Iẽsu Chr̃i, & nos cæteriq́ꝫ fideles populi oẽs q̇ è vita migrarũt, ad gaudia ęterna feliciter p̱ducamur. Qui vẽturus es iudicare viuos & mortuos & sclm̃ p ignẽ. Am̃.

OMnipotẽs æterne deꝰ, ad quẽ nũq́ꝫ sine spe miæ p̃ces fundũtur, miserere aĩarum seruorũ tuorũ, qui ex hoc mũdo decesserũt ĩ tui noĩs cõfessione, vt sanctorum tuorum consortio perfruantur. Per

Christum dñm nostrũ. Amẽ.

INclina dñe aurẽ tuã precibus nostris, qui obnixe misericordiã tuã imploramus, vt aĩas famulorũ tuorũ quas ex hoc sęculo migrare fecisti ĩ pacis qetisq3 loco cõstituas, & sanctorũ tuorũ iubeas esse cõsortes. Per Chrm dñm nrm. Am.

QVæsumus domine vt famulorum tuorum preces animabus seruorum tuorum prosint, vt eos & à peccatis omnibus purges. & redẽptionis tuæ facias esse participes. Qui viuis & regnas deus per oĩa sæcula sæculorũ. Am.

Fidelium animarum miserere deus. Amen.

¶ Hic Psalmus est alphabetum diuinę charitatis, doctrinæ paradisus, officina spiritus sancti, schola veritatis. In quo apparet quanti æstiment pij sanctas dei leges, quam ardenter illis hæreant, quam egre ferant illarum contemptum, quam auide illas discant, vt in illis ambulent, denique in hoc constat, quod illarum transgressores & hostes punientur & peribunt.



Eati immaculati Psa. cxviii. i via, qui ambulant in lege dni. Beati qui scrutantur testimonia eius, in toto corde exquirūt eū. Non enī qui operātur iniquitatē, in viis eiꝰ ambulauerunt. Tu mandasti mandata tua custodiri nimis.

Vtinã dirigãtur viȩ meȩ ad cu
stodiẽdas iustificationes tuas.
Tunc non cofundar cum per-
spexero in mandatis tuis.
Confitebor tibi in directione
cordis, in eo ꝙ didici iudicia
iustitiæ tuæ.
Iustificationes tuas custodiam,
nõ me dereliquas vsqꝫ quaqꝫ.
Psa. cxviii.
IN quo corrigit adolescen-
tior viam suam? in custodi-
endo sermones tuos.
In toto corde meo exq̃siui te,
ne repellas me à mãdatis tuis.
In corde meo abscõdi eloquia
tua, vt non peccem tibi.
Benedictus es domine: doce
me iustificationes tuas.
In labiis meis pronũciaui om-

aia iudicia oris tui.
In via testimoniorũ tuorũ de-
lectat⁹ sũ, sicut ĩ oĩbus diuitiis.
In mandatis tuis exercebor: &
considerabo vias tuas.
In iustificationibus tuis medi-
tabor: non obliuiscar sermo-
nes tuos.

RÉtribue seruo tuo, viui-
fica me, & custodiam ser-
mones tuos.
Reuela oculos meos, & consi-
derabo mirabilia de lege tua.
Incola ego sum ĩ terra, non ab-
scondas à me mandata tua.
Cõcupiuit aĩa mea desiderare
iustificationes tuas ĩ oĩ tẽpore.
Increpasti superbos: maledicti
qui declinant à mandatis tuis.

Aufer à me opprobriũ & contemptum, quia testimonia tua exquisiui.

Etenim sederunt principes, & aduersum me loquebantur: seruus autem tuus exercebatur in iustificationibus tuis.

Nam & testimonia tua meditatio mea est, & consilium meum iustificationes tuæ.

ADhæsit paulmẽto anima mea, viuifica me secundũ verbum tuum.

Vias meas annunciaui, & exaudisti me; doce me iustificationes tuas.

Viam iustificationum tuarum instrue me, & exercebor ĩ mirabilibus tuis.

Dormitauit aĩa mea præ tædio: confirma me i verbis tuis.

Viam iniquitatis amoue à me: & de lege tua miserere mei.

Viam veritatis elegi: iudicia tua non sum oblitus.

Adhesi testimoniis tuis domine noli me confundere.

Viam mandatorum tuorũ cucurri, cum dilatasti cor meum.

Legem pone mihi domine viam iustificationum tuarum, & exquiram eam semper.

Da mihi intellectum & scrutabor legem tuam: & custodiam illam in toto corde meo.

Deduc me in semita mãdatorum tuorũ, quia ipsam volui.

Inclina cor meum in testimo-

nia tua, & non in auaritiam.
Auerte oculos meos ne videãt vanitatẽ ĩ via tua viuifica me.
Statue ſeruo tuo eloquium tuũ in timore tuo.
Amputa opprobrium meum quod ſuſpicatus ſum, quia iudicia tua iucunda.
Ecce concupiui mandata tua in æquitate tua viuifica me.
ET veniat ſuper ‡ nos mĩa tua domine: ſalutare tuum ſecundum eloquium tuum. me
Et reſpondebo exprobrantibus mihi verbum, quia ſperaui in ſermonibus tuis.
Et ne auferas de ore meo verbum veritatis vſquequaq;, quia in iudiciis tuis ſuperſperaui.

Et custodiam legem tuam semper in seculũ & ĩ seculũ seculi.
Et ambulabam in latitudine, quia mandata tua exquisiui.
Et loquebar de testimoniis tuis in conspectu regum, & non confundebar.
Et meditabar in mandatis tuis, quae dilexi.
Et leuaui manus meas ad mãdata tua quae dilexi; & exercebor in iustificationibus tuis.
MEmor esto verbi tui seruo tuo, in q̃ mihi spẽ dedisti.
Haec me consolata est in humilitate mea; quia eloquium tuum viuificauit me.
Superbi iique agebãt vsquequaq; à lege autem tua nõ declinaui.

Memor fui iudiciorum tuorũ
à seculo dñe, & cõsolatus sum.
Defectio tenuit me ꝓ peccato-
rib⁹ derelinquentibus legẽ tuã.
Cantabiles mihi erant iustifi-
cationes tuae in loco peregri-
nationis meae.
Memor fui nocte nominis tui
dñe: & custodiui legem tuam.
Haec facta est mihi quia iustifi-
cationes tuas exquisiui.
Portio mea domine, dixi
custodire legem tuam.
Deprecatus sum faciem tuam
i toto corde meo: miserere mei
secundum eloquium tuum.
Cogitaui vias meas: & cõuerti
pedes meos ī testimonia tua.
Paratus sum & nõ sum turbatus,

vt custodiam mandata tua.
Funes peccatorũ circumplexi
sũt me, & legẽ tuã nõ sũ oblit⁹.
Media nocte surgebam ad cõ-
fitẽdum tibi, super iudicia iu-
stificationis tuæ.
Particeps ego sum omnium
timentium te, & custodientiũ
mandata tua.
Mĩa tua domine plena est ter-
ra, iustificationes tuas doce me.
BOnitatẽ fecisti cũ seruo tuo
dñe, secũdum verbũ tuum.
Bonitatem & disciplinam &
sciẽtiam doce me, quia ĩ man-
datis tuis credidi.
Priusq̃ hũiliarer ego deliq̃: p
pterea eloquiũ tuũ custodiui.
Bonus es tu, & in bonitate tua

doce me iustificationes tuas.
Multiplicata est sup me iniquitas suporum: ego aut in toto corde meo scrutabor mandata tua.
Coagulatum est sicut lac cor eorum ego vero legem tuam meditatus sum.
Bonum mihi quia humiliasti me, vt discam iustificationes tuas.
Bonum mihi lex oris tui super milia auri & argenti.
Manus tuæ fecerunt me, & plasmauerunt me: da mihi intellectum, vt sciam mandata tua.
Qui timent te videbunt me, & lętabuntur: quia in verba tua super-
Cognoui dne quia (speraui. æquitas iudicia tua: & in veritate tua humiliasti me.
Fiat mia tua vt consoletur me
secundum

ſecũdũ eloquiũ tuũ ſeruo tuo.
V eniãt mihi miſeratiões tuę, & viuã: q̃a lex tua meditatio mea
C õfũdantur ſupbi, q̃a iiu ſeſt. ſtè iniquitatẽ fecerũt ĩ me: ego aũt exercebor ĩ mandatis tuis.
C onuertãtur mihi timẽtes te, & qui nouerũt teſtimonia tua.
F iat cor meũ ĩmaculatũ ĩ iuſtificationibꝰ tuis vt nõ cõfũdar.
D Efecit ĩ ſalutare tuũ aĩa mea & in verbũ tuũ ſupſperaui.
Defecerunt oculi mei in eloquium tuum: dicentes, quando conſolaberis me?
Quia factus ſum ſicut vter in * pruina: iuſtificationes tuas non ſum oblitus. fumo
Q uot ſũt dies ſerui tui? qñ fa-
 cies

cies de ꝑsequētib⁹ me iudiciū.
Narrauerunt mihi iniqui fabulationes: sed non vt lex tua.
Oīa mandata tua veritas: iniq̄ persecuti sunt me, adiuua me.
Paulominus consummauerūt me in terra; ego autem non dereliqui mandata tua.
Secūdū mīam tuā viuifica me: & custodiā testimonia oris tui.
IN æternum domine verbū tuum permanet in cœlo.
In gn̄ratiōe & gn̄rationē veritas tua: fūdasti t̄rā & ꝑmanet.
Ordinatiōe tua perseuerat dies: quoniam oīa seruiunt tibi.
Nisi ꝙ lex tua meditatio mea est, tunc fortè periissem in humilitate mea.

In æternum non obliuiscar iustificationes tuas, quia in ipsis viuificasti me.

Tuus sum ego saluum me fac, qm̄ iustificatiões tuas exq̄siui.

Me expectauerunt peccatores vt perderent me, testimonia tua intellexi.

Omnis cōsūmationis vidi finē, latū mandatum tuū nimis.

Quomodo dilexi legem tuam domine, tota die meditatio mea est.

Super inimicos meos prudētem me fecisti mandato tuo, quia in æternum mihi est.

Super omnes docentes me intellexi, quia testimōia tua meditatio mea est.

Sūper senes ītellexi, quia mā-
data tua quęsiui.
Ab oī via mala ꝓhibui pedes
meos, vt custodiā verba tua.
A iudiciis tuis non declinaui
quia tu legem posuisti mihi.
Quàm dulcia faucibus meis e-
loquia tua: super mel ori meo.
A mādatis tuis ītellexi: ꝓpte-
rea odiui omnē viā iniqtatis.
LVcerna pedib' meis verbū
tuū: & lumē semitis meis.
Iuraui & statui custodire iu-
dicia iustitiæ tuæ.
Humiliatus sū vsqquaqꝫ dñe:
viuifica me secūdū verbū tuū.
Volūtaria oris mei bñplacita
fac dñe: & iudicia tua doce me.
Aīa mea ī manibus meis sēper

& legem tuã non sum oblitus.
Posuerũt peccatores laqueum mihi: & de mãdatis tuis nõ erraui.
Hæreditate acquisiui testimonia tua in æternum, quia exultatio cordis mei sunt.
Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternum propter retributionem.
INiquos odio habui: & legem tuam dilexi.
Adiutor & susceptor meꝰ es tu & in verbũ tuũ super speraui.
Declinate à me maligni, & scrutabor mandata dei mei.
Suscipe me secundum eloquium tuum & viuam, & non cõfũdas me ab expectatiõe mea.
Adiuua me & saluus ero: & medi-

meditabor ĩ iustificationibus tuis semper.

Spreuisti omnes discedentes à iudiciis tuis, quia iniusta cogitatio eorum.

Præuaricantes reputaui omnes peccatores terræ: ideò dilexi testimonia tua.

Confige timore tuo carnes meas, à iudiciis enĩ tuis timui.

FEci iudiciũ & iustitiã, non tradas me calũniãtibus me

Suscipe seruum tuũ in bonũ: nõ calumnientur me superbi.

Oculi mei defecerũt ĩ salutare tuũ, & in eloquiũ iustitię tuæ,

Fac cum seruo tuo secundum misericordiam tuam, & iustificationes tuas doce me.

Seruus tuus sum ego: da mihi itellectũ vt sciã testimonia tua.

Tempus faciendi domine: dissipauerunt legem tuam.

Ideò dilexi mandata tua super aurum & Topazion.

Propterea ad omnia mandata tua dirigebar: omnem viam iniquam odio habui.

Mirabilia testimonia tua domine ideò scrutata est ea anima mea.

Declaratio sermonũ tuorũ illuminat: & ĩtellectũ dat puulis.

Os meũ aperui & attraxi spm̃ quia mãdata tua desiderabam.

Aspice in me & miserere mei, secundum iudicium diligentium nomen tuum.

Gressus meos dirige secũdum eloquium tuum, & non dominetur mei omnis iniustitia.
Redime me à calũniis hoĩm, vt custodiam mandata tua.
Faciem tuam illumina super seruum tuum; & doce me iustificationes tuas.
Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non custodierunt legem tuam.
IVstus es domine, & rectum iudicium tuum.
Mandasti iustitiam testimõia tua, & veritatem tuam nimis.
Tabescere me fecit zel⁹ me⁹, q̃a obliti sũt verba tua ĩimici mei
Ignitũ eloquium tuũ vehemẽter: & seruus tuus dilexit illud.

Adolescentulus sum ego & contẽptus: iustificationes tuas non sum oblitus.
Iustitia tua iustitia ineternum & lex tua veritas.
Tribulatio & angustia inuenerunt me, mandata tua meditatio mea est.
Aequitas testimonia tua ĩeternũ: intellectũ da mihi & viuã.
CLamaui ĩ toto corde meo exaudi me domine: iustificationes tuas requiram.
Clamaui ad te saluum me fac, vt custodiam mandata tua.
Preuẽni ĩ maturitate, & clamaui: q̃a in verba tua supsperaui.
Preuenerũt oculi mei ad te diluculo, vt meditarer eloq̃a tua.

Vocem

Vocem meam audi secundum misam tuam domine: & secundum iudiciū tuū viuifica me.

Appropinquauerunt persequentes me iniquitati: à lege autem tua longè facti sunt.

Propè es tu domine & omnes viæ tuæ veritas.

Initio cognoui de testimoniis tuis: quia ī æternū fundasti ea.

Vide humilitatem meam & eripe me: quia legem tuam non sum oblitus.

Iudica iudicium meum & redime me: propter eloquium tuum viuifica me.

Longè à peccatoribus salus: qui iustificationes tuas non exquisierunt.

Misæ tuæ multæ dñe: secundum iudiciũ tuũ viuifica me.
Multi qui persequũtur me & tribulant me: à testimoniis tuis non declinaui.
Vidi preuaricantes & tabescebam: quia eloquia tua non custodierunt.
Vide quoniam mandata tua dilexi domine: in misericordia tua viuifica me.
Principium verborum tuorũ veritas: ĩ æternum omnia iudicia iustitiæ tuæ.
PRĩcipes persecuti sunt me gratis: & à verbis tuis formidauit cor meum.
Lætabor ego sup eloquia tua, sicut qui inuenit spolia multa.

Iniquitatem odio habui & abominatus sum: legem autem tuam dilexi.
Septies in die laudem dixi tibi super iudicia iustitiæ tuæ.
Pax multa diligentibus legẽ tuã & non est illis scandalum.
Expectabã salutare tuum domine: & mandata tua dilexi.
Custodiuit anima mea testimonia tua: & dilexit ea vehementer.
Seruaui mandata tua, & testimonia tua: quia omnes viæ meę in conspectu tuo.
APpropinquet deprecatio mea in conspectu tuo domine: iuxta eloquium tuum da mihi intellectum.

Intret postulatio mea in conspectu tuo: secundum eloquiũ tuum eripe me.

Eructabunt labia mea hymnum, cum docueris me iustificationes tuas.

Pronuntiabit lingua mea eloquium tuum: quia omnia mãdata tua æquitas.

Fiat manus tua vt saluet me: quoniã mandata tua elegi.

Concupiui salutare tuum domine: & lex tua meditatio mea est.

Viuet aĩa mea, & laudabit te: & iudicia tua adiuuabunt me.

Erraui sicut ouis que piit: quere seruũ tuũ dñe, quia mandata tua nõ sum oblitus.



Psalmus.xxi.

¶ Descriptio passionis Christi seruatoris nostri, & gloriæ, & regni ipsius:



DEus, deus meus, respice ĩ me, quare me dereliquisti? longè à salute mea verba delictorum meorum.

Deus meus clamabo per diẽ, & non exaudies: & nocte & * non ad insipientiam mihi.

* non est silẽtium mihi.

Tu aũt in sancto habitas, laus Israël: in te sperauerunt patres nr̃i: sperauerũt, & liberasti eos

Ad te clamauerunt, & salui facti sunt: in te sperauerunt, & non sunt confusi.

Ego autem sum vermis & non homo, opprobrium hominũ,

& abiectio plebis.
Omnes videntes me, deriserũt me: locuti sunt labiis, & mouerunt caput.
Sperauit in domino, eripiat eum: saluum faciat eum, quoniam vult eum.
Quoniam tu es qui extraxisti me de ventre, spes mea ab vberibus matris meæ: in te proiectus sum ex vtero.
De vẽtre matris meę deus meus es tu: ne discesseris à me.
Quoniam tribulatio proxima est: quoniã nõ est qui adiuuet.
Circũdederũt me vituli multi tauri pingues obsederunt me.
Aperuerũt super me os suum, sicut Leo rapiens & rugiens.

Sicut aqua effusus sum: & di-
spersa sunt omnia ossa mea.
Factum est cor meũ tanq̃ cera
liquescẽs, ĩ medio ventris mei.
Aruit tanq̃ testa virtus mea,
& lingua mea adhæsit fauci-
bus meis: & ĩ puluerem mor-
tis deduxisti me.
Quoniam circundederũt me
canes multi: concilium mali-
gnantium obsedit me.
Foderunt manus meas & pe-
des meos: dinumerauerunt
omnia ossa mea.
Ipsi verò considerauerunt, &
inspexerunt me, diuiserunt si-
bi vestimenta mea, & super ve-
stem meam miserunt sortem.
Tu autem domine, ne elonga-
 ueris

ueris auxilium tuum à me; ad defensionem meam conspice.
Erue à framea deus aīam meā, & de manu canis vnicā meam.
Salua me ex ore Leonis: & à cornibus Vnicornium humilitatem meam.
Narrabo nomen tuum fratribus meis: & in medio ecclesiæ laudabo te.
Qui timetis dominum laudate eum, vniuersum semen Iācob glorificate eum.
Timeat eum omne semne Israël, quoniam nō spreuit neq; despexit deprecationē paupis
Nec auertit faciem suam à me, & cum clamarem ad eum exaudiuit me.

Apud te laus mea in ecclesia magna, vota mea reddam in conspectu timentium eum.
Edent pauperes & saturabuntur, & laudabunt dominum qui requirunt eũ: viuent corda eorum in sæculum sæculi.
Reminiscentur & conuertentur ad dominum, vniuersi fines terræ.
Et adorabunt in conspectu eius vniuersę familiæ gentium.
Quoniã domini est regnum: & ipse dominabitur gentium.
Manducauerunt, & adorauerunt omnes pingues terræ in conspectu eius cadent omnes, qui discendunt in terram.
Et anima mea illi viuet: & se-

men meum seruiet ipsi.
Annuntiabitur domino generatio ventura, & annunciabunt coeli iustitiã eius populo qui nascetur, quem fecit dñs.

Psalmus. lxix.

¶ Querela Christi & ipsius ecclesiæ de grauibus afflictionibus. Oratio pro liberatione, hostes dei maledicũtur. Gratiarum actio pro ope impetrata.

Saluum me fac deus quoniam intrauerunt aquæ vsq; ad animam meam.
Infixus sum in limo profundi, & non est substantia.
Veni in altitudinem maris: & tempestas dimersit me.
Laboraui, clamans raucę factę sunt fauces meæ: defecerunt

oculi

oculi mei, dum spero in deum meum.
Multiplicati sunt super capillos capitis mei: qui oderunt me gratis.
Confortati sunt qui persecuti sunt me inimici mei iniustè: quę nõ rapui, tunc exsoluebã.
Deus tu scis insipientiam meam: & delicta mea à te nõ sunt abscondita.
Non erubiscant in me, qui expectant te dñe: dñe virtutum.
Non confundantur super me qui quęrunt te deus Israël.
Quoniam propter te sustinui opprobrium, operuit cõfusio faciem meam.
Extraneus factus sũ fratribus

meis, & peregrinus filiis matris meæ.
Qm̃ zelus domus tuæ cõedit me, & opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me.
Et operui in ieiunio aĩam meã & factũ est ĩ opprobriũ mihi.
Et posui vestimẽtũ meũ ciliciũ & factus sum illis in parabolã.
Aduersum me loquebantur qui sedebant in porta, & ĩ me psallebant qui bibebant vinũ.
Ego verò orationẽ meã ad te dñe, tempus beneplaciti deus.
In multitudine miæ tuę exaudi me in veritate salutis tuæ.
Eripe me de luto vt nõ infigar libera me ab his qui oderunt me, & de profundis aquarum.

Non me demergat tempestas aquæ, neq; absorbeat me profundum: neq; vrgeat super me puteus os suum.

Exaudi me domine quoniam benigna est misericordia tua: secundũ multitudinem miserationũ tuarum respice in me.

Et ne auertas faciem tuã a puero tuo: quoniam tribulor, velociter exaudi me.

Intende aĩæ meæ, & libera eã: ꝑpter ĩimicos meos eripe me.

Tu scis improperium meum, & confusionem meam, & reuerentiam meam.

In conspectu tuo sunt omnes qui tribulant me: improperiũ expectauit cor meũ: & miseria

Et sustinui qui simul contristaretur & non fuit; & qui cõsolaretur, & non inuẽni.

Et dederunt in escã meã fel: & in siti mea potauerũt me aceto.

Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum: & in retributiones, & in scandalum.

Obscurentur oculi eorum ne videant: & dorsum eorum sẽper incurua.

Effunde super eos iram tuam: & furor iræ tuæ comprehendat eos.

Fiat habitatio eorum deserta; & in tabernaculis eorum non sit, qui inhabitet.

Quoniam quem tu percussisti persecuti sunt; & super dolorẽ

vulnerum meorũ addiderunt.
Appone iniquitatem super iniquitatem eorum, & non intrent in iustitiam tuam.
Deleantur de libro viuentiũ: & cum iustis non scribantur.
Ego sum pauper & dolens, salus tua deus suscepit me.
Laudabo nomen dei cum cãtico: & magnificabo eũ ĩ laude.
Et placebit deo super vitulum nouellum, cornua producentem & vngulas.
Videant pauperes & letentur: quaerite deum, & viuet anima vestra.
Quoniam exaudiuit pauperes dominus: & victos suos non despexit.

Laudent illum coeli, & terra, mare, & omnia reptilia in eis.
Quoniam deus saluam faciet Syon: & ædificabuntur ciuitates Iudæ.
Et inhabitabunt ibi: & hæreditate acquirent eam.
Et semen seruorum eius possidebit eam: & qui diligunt nomen eius inhabitabunt in ea.

Psal. lxxxvii.

¶ Querela hominis pij grauiter & absq; omni solatio vexati.

Domine deus salutis meæ, in die clamaui, & nocte coram te.
Intret in conspectu tuo oratio mea: inclina aurem tuam ad precem meam.

Quia

Quia repleta est malis animã mea: & vita mea inferno appropinquauit.
Aestimatus sum cum descendentibus in lacum: factus sum sicut homo sine adiutorio, inter mortuos liber.
Sicut vulnerati dormientes in sepulchris, quorum nõ es memor amplius: & ipsi de manu tua repulsi sunt.
Posuerunt me in lacu inferiori, in tenebrosis, & in vmbra mortis.
Super me confirmatus est furor tuus: & omnes fluctus tuos induxisti super me.
Longè fecisti notos meos à me: posuerunt me abominati-

onem

onem sibi.
Traditus sũ, & nõ egrediebar
oculi mei languerũt prę inopia
Clamaui ad te domine tota die
expandi ad te manus meas.
Nunquid mortuis facies mi-
rabilia: aut medici suscitabunt
& confitebuntur tibi?
Nunquid narrabit aliquis in
sepulchro misericordiam tuã,
& veritatẽ tuam ĩ perditione?
Nunquid cognoscentur in te-
nebris mirabilia tua: & iustitia
tua in terra obliuionis?
Et ego ad te dñe clamaui: &
mane oratio mea pręueniet te.
animam. Vt quid domine repellis orati-
onem meam, auertis faciem
tuam à me?
Pauper

Pauper sũ ego, & in laboribus à iuuentute mea: exaltatus aũt humiliatus sũ & conturbatus.

In me transuerũt irę tuę: & terrores tui conturbauerunt me.

Circũdederũt me sicut aqua tota die: circundederũt me simul

Elongasti à me amicũ, & proximũ, & notos meos à miseria.

Psalmus.ii.

¶ Impetus populi contra Christũ: Christus a patre rex statuitur. Rectores exitantur ad scientiã dei.

Quare fremuerunt gentes & populi meditati sunt inania?

Astiterunt reges terrae, & principes conuenerunt in vnum aduersus dominum, & aduer-

sus

stus Christum eius.
Dirumpamus vincula eorum:
& proiiciamus à nobis iugum
ipsorum.
Qui habitat in cœlis irridebit
eos: & dñs subsannabit eos.
Tunc loquetur ad eos i ira sua
& i furore suo cõturbabit eos.
Ego autem constitutus sum
rex ab eo super Syon montem
sanctum eius, predicans præ-
ceptum eius.
Dñs dixit ad me, filius meus
es tu, ego hodiè genui te.
Postula à me, & dabo tibi gē-
tes hæreditatem tuam, & pos-
sessionē tuam terminos terræ.
Reges eos in virga ferrea; &
tanq̃ vas figuli cõfringes eos.

Et nunc reges intelligite; eru-
dimini qui iudicatis terram.
Seruite domino in timore: &
exultate ei cum tremore.
Apprehēdite disciplinam, ne-
quando irascatur dominus, &
pereatis de via iusta.
Cum exarserit in breui ira e-
ius, beati omnes qui confidūt
in eo.

Psalmus.lviii.

¶ Oratio Christi pro se & fratrib9
contra persecutores suos.

ERipe me de inimicis meis
deus meus: & ab insurgē-
tibus in me libera me.
Eripe me de operantibus ini-
quitatem; & de viris sangui-
num salua me.

Quia ecce cæperunt animam meam: irruerunt in me fortes.
Neq; iniquitas mea neq; peccatum meum domine: sine iniquitate cucurri & direxi.
Exurge in occursum meum, & vide: & tu domine deus virtutum deus Israël:
Intende ad visitandas omnes gentes: non miserearis omnibus qui operantur iniquitatē.
Conuertentur ad vesperam, & famem patientur vt canes, & circuibunt ciuitatem.
Ecce loquentur in ore suo, & gladius in labiis eorum: quoniam quis audiuit?
Et tu domine deridebis eos, & ad nihilum deduces omnes

gentes.
Fortitudinem meam ad te custodiam: quia deus susceptor meus, deus meus, misericordia eius præueniet me.
Deus ostendit mihi super inimicos meos: ne occidas eos, nequando obliuiscantur populi sui.
Disperge illos in virtute tua: & depone eos, protector meus domine.
Delictum oris eorum, sermonem labiorum ipsorum, & cõprahendantur ĩ superbia sua.
Et de execratione & mendacio annunciabuntur in cõsummatione.
In ira consummationis & non

erunt: & scient, quia deus dominabitur Iacob, & finium terrae.
Conuertentur ad vesperam, & famem patientur vt canes, & circuibunt ciuitatem.
Ipsi dispergentur ad manducandum; si verò non fuerint saturati, & murmurabunt.
Ego autem cantabo fortitudinem tuam: & exaltabo manè misericordiam tuam.
Quia factus es susceptor meus & refugium meum, in die tribulationis meae.
Adiutor meus, tibi psallam, quia deus susceptor meus es, deus meus misericordia mea.

¶ Passio seruatoris nostri Iesu Christi secundum Iohānē.



Gressus est Iesus cū discipulis suis trans torrentem Cedron, vbi erat hortus, in quē introiuit ipse & discipuli eius. Sciebat autē & Iudas qui tradebat eum, locum: quia frequenter Iesus conuenerat illuc cū discipulis suis. Iudas ergo cum accepisset cohortem, & à pōtificibus & pharisæis ministros: venit illuc cum laternis & facibus & armis. Iesus itaq; sciens omnia quæ ventura erant super eum, processit & dixit eis; quem queritis? Respō- Io.xviii.

 derunt

derunt ei; Iesum Nazarenum. Dicit eis Iesus: Ego sũ. Stabat aũt & Iudas qui tradebat eum, cũ ipsis. Vt ergo dixit eis, Ego sum: Abierunt retrorsum, & ceciderunt in terrã. Iterum ergo interrogauit eos; Quẽ queritis? Illi dixerunt. Iesum Nazarenum. Respõdit Iesus: dixi vobis, quia ego sum: si ergo me queritis, sinite hos abire: Vt impleretur sermo quẽ dixit: quos dedisti mihi nõ perdidi ex eis quemq̃. Simõ ergo Petrus habens gladiũ, eduxit eum, & percussit pontificis seruũ, & abscidit auriculam eius dexteram. Erat autem nomen seruo Malchus. Dixit ergo Iesus

sus Petro: mitte gladium tuū
in vaginam. Calicem quem de
dit mihi pater, non vis vt bi-
bam illum? Cohors autem &
tribunus & ministri Iudæorū
comprehenderunt Iesum, & li
gauerunt eum, & adduxerunt
eum ad Annam primum: erat
enī socer Caiphæ qui erat pō-
tifex anni illius, erat autē Cai-
phas, qui cōsilium dederat Iu-
dæis: Quia expedit vnum ho-
minem mori pro populo. Se-
quebatur autem Iesum Simō
Petrus, & alius discipulus. Di-
scipulus autem ille erat notus
pontifici & introiuit cum Iesu
in atriū pontificis: Petrus aūt
stabat ad ostium foras. Exiuit

ergo discipulus alius, qui erat notus pontifici, & dixit ostiariæ, & ĩtroduxit Petrum. Dicit ergo Petro ancilla ostiaria: Nunquid & tu ex discipulis es hominis istius? Dicit ille: Nõ sum. Stabãt autem serui & ministri ad prunas, quia frigus erat, & calefaciebãt se. Erat aũt & cum eis Petrus stans & calefaciens se. Põtifex ergo interrogauit Iesũ de discipulis suis, & de doctrina eius. Respondit ei Iesus: Ego palam locutus sũ mundo, ego semper docui in Synagoga, & in templo quò omnes Iudæi conueniunt, & in occulto locutus sũ nihil. Quid me interrogas? Interroga eos

qui audierunt quid locutus sũ
ipsis, ecce hi sciunt quæ dixerĩ
ego. Hæc autem cum dixisset,
vnus assistens ministrorũ de-
dit alapam Iēsu, dicens: Sic re-
spondes põtifici? Respondit
Iēsus: Si malè locutus sum, te-
stimonium perhibe de malo:
si autem benè, quid me cædis?
Misit eum Annas ligatum ad
Chaipham põtificem. Erat aũt
Simon Petrus stans, & calefa-
ciẽs se. Dixerunt ergo ei: Nũ-
quid & tu ex discipulis eius es?
Negauit ille, & dixit: nõ sum.
Dicit ei vnus ex seruis ponti-
ficis, cognatus eius, cuius absci
dit Petrus auriculam. Nonne
ego te vidi in horto cum illo?

Iterum ergo negauit Petrus, & ſtatim gallus cantauit. Adducũt ergo Ieſum à Caipha in prætorium. Erat autem mane, & ipſi non introiërunt in prętorium, vt non cõtaminarentur: ſed vt mãducarẽt paſcha. Exiuit ergo Pilatus ad eos foras, & dixit: Quam accuſationem affertis aduerſus hominẽ hunc? Reſponderunt, & dixerunt ei: Si non eſſet hic malefactor, non tibi tradidiſſemus eũ. Dixit ergo eis Pilatus. Accipite eum vos, & ſecundũ legem veſtrã iudicate eum. Dixerunt ergo ei Iudæi. Nobis non licet interficere quẽq̃. Vt ſermo Ieſu impleretur quẽ dixit,

xit, significans qua morte esset moriturus. Introiuit ergo iterum in pretorium Pilatus, & vocauit Iesũ, & dixit ei. Tu es rex Iudæorum? Respondit Iesus: A temetipso hoc dicis, an alii tibi dixerũt de me? Respõdit Pilatus: Nunquid ego Iudeus sum? Gẽs tua & pontifices tradiderũt te mihi. Quid fecisti? Respondit Iesus: Regnum meum non est de hoc mundo: si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei vtiq; decertarent, vt nõ traderer Iudæis: nunc autẽ regnum meum nõ est hinc. Dixit itaq; ei Pilatus: Ergo rex es tu? Respõdit Iesus. Tu dicis quia rex

sum ego. Ego ĩ hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibiam veritati. Omnis qui est ex veritate, audit vocem meã. Dicit ei Pilatus: Quid est veritas? Et cũ hoc dixisset, iterũ exiuit ad Iudæos, & dixit eis: Ego nullam inuenio in eo causam. Est autẽ cõsuetudo vobis vt vnum dimittam vobis ĩ pascha. Vultis ergo dimittã vobis regem Iudæorũ? Clamauerunt rursum omnes, dicẽtes: Non hunc, sed Barrabam. Erat autem Barrabas latro. Tũc ergo apprehẽdit Pilatus Iesum, & flagellauit eum. Et milites plectentes coronã de spinis imposuerũt

capiti eius: & veste purpurea
circundederunt eum, & dice-
bant: Aue rex Iudæorũ. Et da-
bant ei alapas. Exiuit iterum
Pilatus, & dicit eis: Ecce addu-
co vobis eum foras, vt cogno-
scatis quia in eo nullã inuenio
causam. Exiuit ergo Iesus fo-
ras, portãs coronam spineam,
& purpureum vestimentũ. Et
Pilatus dicit eis: Ecce homo.
Cum ergo vidissent eum pon-
tifices & ministri, clamabãt di
centes: Crucifige, crucifige e-
um. Dicit eis Pilatus: Accipite
eum vos, & crucifigite. Ego e-
nim non inuenio in eo causam
Responderunt ei Iudæi: Nos
legem habemus, & secundum

legem debet mori, quia filium dei se fecit. Cum ergo audisset Pilatus hunc sermonē, magis timuit: & ingressus est prætorium iterum, & dicit ad Iesum: Vnde es tu? Iesus autē responsum non dedit ei. Dicit ergo ei Pilatus: Mihi non loqueris? Nescis quia potestatē habeo crucifigere te, & potestatē habeo dimittere te? Respondit Iesus: Non haberes potestatē aduersus me vllā, nisi tibi datum esset desuper. Propterea, qui me tradidit tibi, maius peccatum habet. Et exīdè quęrebat Pilatus dimittere eum. Iudęi autē clamabant, dicētes: Si hunc dimittis, non es amicus

cus Cæsaris. Omnis enim qui
se regem facit, contradicit Cę-
sari. Pilatus autem cum audis-
set hos sermones, adduxit fo-
ras Iesum; & sedit pro tribu-
nali in loco qui dicitur Litho-
strotos, hebraicè autē Gabba-
tha. Erat autem parasceue pa-
schæ, hora quasi sexta, & dicit
Iudęis: Ecce rex vester: Illi aūt
clamabāt: tolle, tolle, crucifige
eum. Dicit eis Pilatus: Regem
vestrū crucifigam? Respōde-
runt pontifices: Nō habemus
regem nisi Cæsarem. Tunc er-
go tradidit eis illum, vt cruci-
figeretur. Susceperunt autem
Iesum, & eduxerunt eum. Et
baiulans sibi crucem, exiuit in
eum,

eũ, qui dicitur Caluariæ locũ, hebraice autem Golgotha, vbi crucifixerunt eum, & cũ eo alios duos hinc & hinc, mediũ autẽ Iesum. Scripsit autem & titulũ Pilatus: & posuit super crucem. Erat autem scriptum: Iesus Nazarenus rex Iudæorum. Hũc ergo titulum multi Iudæorũ legerũt, quia propẽ ciuitatẽ erat locus, vbi crucifixus erat Iesus. Et erat scriptũ græce, latine, & hebraice. Dicebant ergo Pilato pontifices Iudæorum: noli scribere, rex Iudæorum: sed quia ipse dixit: rex sum Iudæorum. Respõdit Pilatus: Quod scripsi scripsi. Milites ergo cũ crucifixissent

eũ, acceperunt veſtimẽta eius;
& fecerunt quatuor partes, v-
nicuiq; militi partẽ, & tunicã:
Erat autem tunica incõſutilis,
deſuper contextata ꝑ totũ. Di-
xerunt ergo ad inuicem: Non
ſcindamus eam, ſed ſortiamur
de illa cuius ſit. Vt ſcriptura
impleretur dicẽs: Partiti ſunt
veſtimenta mea ſibi, & ſuper
veſtem meam miſerũt ſortem.
Et milites quidem hęc fecerũt.
Stabant autem iuxta crucẽ Iẽ-
ſu, mater eius, & ſoror matris
eius Maria vxor Cleophæ &
Maria Magdelenę. Cũ vidiſſet
ergo Iẽſus matrẽ, & diſcipulũ
ſtantem quem diligebat, dicit
matri ſuæ; Mulier, ecce filius

 tuus:

tuus: Deindè dicit discipulo:
Ecce mr̃ tua. Et ex illa hora ac-
cepit eã discipulus in suã. Po-
steà sciens Iẽsus quia oĩa con-
summata sunt: vt cõsummare-
tur scriptura, dixit: Sitio. Vas
autẽ erat positum aceto plenũ.
Illi aũt spongiã plenam aceto,
hyssopo circũponentes obtu-
lerũt ori eius. Cum ergo acce-
pisset Iẽsus acetum, dixit. Con-
sũmatũ est. Et inclinato capite
tradidit spiritum. Iudæi ergo
(qm̃ parasceue erat) vt non re-
manerẽt in cruce corpora sab-
bato, (erat enĩ magnus dies il-
le sabbati) rogauerunt Pilatũ,
vt frangerentur eorũ crura, &
tollerẽtur. Venerunt ergo mi-
lites,

lites, & primi quidẽ fregerũt
crura, & alterius qui crucifixus
est cum eo. Ad Iësum aũt cum
venissent, & viderunt eum iã
mortuum non fregerunt eius
crura, sed vnus militum lãcea
latus eius aperuit, & continuò
exiuit sanguis & aqua: Et qui
vidit, testimonium perhibuit
& verũ est testimonium eius.
Et ille scit quia vera dicit vt &
vos credatis. Facta sũt enĩ hęc,
vt scriptura impleretur: Os
non cõminuetis ex eo. Et iterũ
alia scriptura dicit: Videbunt
in quem transfixerunt. Post
hęc aũt rogauit Pilatũ Ioseph
ab Arimathœa (eo quod esset
discipulus Iësu, occultus autẽ
 propter

propter metum Iudęorum) vt tolleret corpus Iesu. Et permisit Pilatus. Venit autem & Nicodemus qui venerat ad Iesum nocte primum, ferens mixturam myrrhæ & aloes quasi libras centum. Acceperunt autem corpus Iesu & ligauerunt illud lītheis cum aromatibus, sicut mos est Iudæis sepelire. Erat autem in loco vbi crucifixus est hortus, & ī horto monumentum nouum in q̊ non dum quisq̄ positus erat. Ibi ergo propter parasceuen Iudæorum, quia iuxta erat monumentum, posuerunt eum.

Pre-

Precationes de paßione ser‑ uatoris nostri Christi.

Benedictus sit pater & filius & spiritus sanctus.

Laudemus & extollamus eum ad omnem æternitatem.



Mnipotẽs deus & cœlestis pater, misericordia & bonitas tua immẽsa atq; infinita est. Nulla nostra dignitas, sed mĩa tua commouit te, vt filiũ tuum vnigenitum & æternũ ad nr̃am naturã suscipiendam, in mundum demitteres, vti (quemadmodum cõstitutũ abs te, & per omnium prophetarum tuorum ora qui ab initio mundi fuerant, pre‑ i.

dictum est,) sacramentum ĩ ea redemptionis & salutis nostrę efficeret. Misericordia tua, & bonitate, sancta tua erga nos voluntate effectũ est, vt coelestis filius tuus multas ętũnas, graues calamitates, & diras miserias sustineret, ab amico & discipulo Iuda proderetur, proditoris in modum caperetur, abduceretur, falsò accusaretur, iniustè condemnaretur, crudeliter verberaretur & flagellaretur, conuitiis denicꝫ cõtumeliosissimis iactatus, morte omnium acerbissima atcꝫ ignominiosissima afficeretur. Hęc tu nostra causa pater coelestis effecisti misericordia ac

sacrosancta voluntate tua inductus, non modo ad iustã irã indignationémq; tuã placandã, quã tũ primorũ parentum offensa commeriti sumus, tum sanctorũ mandatorũ tuorum preuaricatione quotidie commeremur, sed etiã, vt in gratiã tecũ fauorémq; redeamus, vt donis tuis coelestibus imbuamur, vt omnes vitę nostræ dies tibi in sanctitate & iustitia seruiamus. Vt gratuito deniq; passionis charissimi filii tui beneficio, & sanctissimi sanguinis precio participes fiamus ĩfinitæ & in explicabilis glorię tuæ beatitudinisq; coelestis. Itaq; precamur abs te pr̃ coele-

stis, effunde super nos spiritũ sãctum tuum, guberna corda nostra, vt clarè videamus, & constanter fidamus huic tuæ affluenti bonitati per filiũ tuũ seruatorē nostrũ Iësum Christum datæ & demonstratæ, hácq; fiducia effice vt omnem fidutiam spémq; salutis in illo ponamus, quem tu vnicũ redemptorem seruatorémq; nostrum esse voluisti. Effice, vt ꝑ tua incompræhensa erga nos bonitate & misericordia, humillimas, & maximè voluntarias, meritas tibi debitásq; gratias agamus, effice denique sic nos mortē charissimi filii tui in repudiando propulsandóq;

peccato profiteri, vt liquidò pateat nos cum illo innouitate vitę, iustitia, innocentia & vera sanctitate resurgere, vt post hunc vitæ cursum cum illo in sẽpiterna gloria regnare possimus. Exaudi nos pater cœlestis per Christum dominum nostrum. Amen.

ii. OMnipotens deus & cœlestis pater immensã bonitatem tuã precamur, vt quẽadmodũ vnigenitus & charissimus filius tuus seruator noster Iësus Christus pro sacrosancta voluntate sua mortem obiit voluntariè, & acerbissimam pro nostra redemptione & salute passionem, idq; pro-

 uidentia

uidentia ſua & certa prænotione excepit, ſic nos quandocunque tibi viſum fuerit crucem noſtrã aut ærumnam aliquam in humeros noſtros iniicere, voluntariè eam ac patienter præferamus, ad certũ fidei noſtæ in extremum diem periculum faciendum, & ad ſẽpiternam gloriam tuã. Exaudi nos pater cœleſtis. Per Chriſtũ dominum noſtrũ. Amen.

iiii. SEruator & redemptor noſter Ieſu Chriſte qui in extrema cœna cum diſcipulis tuis ſacroſanctum corpus tuum & ſanguinem ſub ſpecie panis & vini conſecrauiſti: concede quæſumus, vt conſtanter credamus

damus & benignè agnoscam⁹ infinitam & internitatam potentiam tuam, & nunq̃ comprehẽsum satis tuum erga nos amorem, vt dignè semper hoc sanctissimũ mysterium, quemadmodum abs te diuinitus institutum est, recipiamus: vt ex eo omnis pietatis incrementum in vnitate spiritus tecum capite nostro obtineamus, & per te spiritumq́ tuum, omniumq́ tuorũ societatem qui spirituale misticumq́ corpus tuum habentur, & spirituales Christianiq́ fratres nostri existunt. Exaudi nos seruator Christe propter nomen tuũ, Amen.

iiii. OMnipotēs deus & pater cœlestis, qui Petrum Apostolum de suis viribus sese efferētem miserabiliter cadere passus es, non modo in magistro Christo præ formidine cuiusdam ancillę denegando, sed etiam peierādo, & seipsum deuouendo, si vnq̃ Christum cognorit: concede quęsumus misericors pater, vt nunq̃ de nostris virib9 aut robore nos venditemus, sed cordibus humilibus, ac demissis nostram infirmitatem, fragilitatem, imbecillitatémq́ agnoscamus, & omnibus in rebus gerēdis de potenti manu tua firmitatem, & robur accipiamus, ad gratā

acceptámq; expletionem di-
uiniæ beatæq; voluntatis tuæ.
Exaudi nos pater cœlestis per
Christum dñm nostrum. Amē.

V.

BEnedicte seruator Iesu
Christe, qui ĩ grauissimo
animi tui mœrore & ĩ tolera-
bili angore, quē ante passionē
tuā excepisti, proiecta in terrā
facie, ad cœlestē patrē precati-
ones adhibebas: da nobis gra-
tiā & sancti spūs presidium, vt
nos similiter ĩ omnibus animi
ꝑturbatiōibus & mūdi huius
tumultib⁹. humili assiduáq; ꝑ-
catione ad presidium consola-
tionémq; cœlestis patris con-
tendamus. Exaudi nos Chri-
ste propter nomen tuum. Amē.

Omni-

vi. OMnipotens deus æterne pater, memoria tenemus, dum condemnaretur charissimus tuus filius, innocens agnus, seruator Iesus Christus, iudicem sedisse pro tribunali, testes citatos, Christum adductum in iudicium, & condemnatum, veritatem ibi cõculcatam esse, iniustitiam dominatã innocẽtiam eiectam. Itaq; domine & pater benignissime, primoribus nostris & magistratibus concede, vt in omnibus iudiciis ex æquo & bono incorrupte iudicium sine iniquitate & dissimulatione faciant. Ex quo fiet vt omnes prauitates opprimantur, sempi-

terna

terna veritas, honor & gloria tua amplificentur. Exaudi nos coelestis pater per Christum dominum nostrum: Amen.

¶ Precatio in aurora.

DOmine deus omnipotẽs, cui omnia exposita manifestaq; sunt, qui ne passerem quidem sine tua prouidentia in terram cadere permittis, quiq; superioribus ætatibus maiores nostros sancto tuo spiritu dirigebas, Abraänum, Isaäcum, Iacobum in semitis viisq; tuis. & cum iunior. Tobias appararet iter alienas in terras, ducem viæ sanctum illi

angelum præparasti: concede hodierno die hoc mihi misero peccatori (quem verbo tuo excitas ad te inuocandum si quo tempore ærumnę incidant) vt spiritum tuum sāctum habeā ducem vię itineri'isq; diurni, vt ad diuinam voluntatem mentémq; tuam, proximi salutem, & gloriam nominis tui ambulem, qui viuis & regnas ad æternitatem. Amen.

¶ Precatio cum surgis.

Domine Iësu Christe, qui es clarus mundi sol, semper oriens, nunq; occidēs, qui salubri aspectu tuo procreas, cōseruas, nutris, exhilaras coelestia terrestriáq; omnia, benignè

nigne illustra precor spiritum meum vt nocte peccatorum, & caligine errorum, interno lumine tuo depulsis, omne tẽpus vitæ sine offẽsione & titubatione, vt in die decorè ambulem solutus ab omnibus operibus tenebrarum. Cõcede hoc dñe qui viuis & regnas cum patre & spiritu sancto ad æternitatem. Amen.

Precatio antequam petas lectum.

Domine qui es vnus deus verus benignus, & misericors, qui precepisti diligentibus nomen tuum, omnẽ curam & timorem abiicere, & in te cõiicere, qui misericorditer promisisti te futurum ab ini-

fmicis protectorem, in pericu-lis refugium, in die guberna-torem, in tenebris lumen, no-ctu vigilem & perpetuò excu-bantem, vt fideles conseruen-tur: precor abs te per largam atq; inexaustā bonitatē tuam domine, vt quicquid in te ho-diè admiserim mihi condones & in tutelam tuam hac nocte recipias: vt ī corporis animíq; tranquillitate requiescam. O-culi mei indormiant, cor verò ad te assiduè vigilet, vt ne car-nis imbecilitas ad offendendū dominum impellat, tuam erga me bonitatem perpetuò sen-tiam, vt omni tempore ad lau-dationem tui exciter, vespere

&

& mane, meridie & media no-
cte laus tua in ore meo sit. In-
strue me ĩ iudiciis tuis domi-
ne, vt omni vitæ meæ cursu in
sanctitate & puritate trãsmis-
so, ad extremum ĩ æternam re-
quiem inducar, quam miseri-
cordia tua promisisti obediẽ-
tibus verbo tuo domine. Cui
sit honor, laus, & gloria ad
omnem æternitatem. Amen.

¶ Precatio pro fiducia in deum.

INitium ruinæ hominis,
sibi fidere: initiũ repara-
tionis, sibi diffidere deo confi-
sum. Optime ac sapientissime
dux, qui vera ac bona fide cre-
dentes semetipsos tibi, rectis-
simo compendio deducis ad

 immor-

immortalem beatitudinē fac:
vt quemadmodum reipsa cęci
sumus atq; inualidissimi, ita &
esse nos putemus: ne hoc no-
bis sumamus, vt ipsi nobis ve-
limus ꝓspicere: Hactenus ve-
rò videamus, vt intueamur te
vnum hactenus possimus, vt
te & pręcedentem velimus se-
qui, & vocantem adire, & pa-
rere ducenti, concredamúsq;
nos cunctos tibi, vt tu, qui so-
lus, qua eundum sit, nosti, ea
nos deducas via ad vota no-
stra, quam nos spontē no-
stra nunq̃ igrederemur.

¶Precatio pro patientia.

T tu domine humiliasti,
& afflixisti me; vix audeo

vota

vota mea apud te facere, quia iratus es mihi, ſed merito meo Peccaui domine, peccaui, fateor, nō nego: ſed tu deus meus ignoſce delictis, remitte debita, reſtitue me in gratiam tuā, obliga vulnera mea, quia plagis verberibúſq; cæſus ſum. Sed tamē domine, iſta patienter fero, & te obſeruo ſemper, expectās leuationem abs manu tua, & id non ſine cauſa, quoniam recepi ſignum fauoris & gratiæ tuæ erga me, verbum (dico) promiſſionis de Chriſto, qui pro me in cruce oblatus eſt, redemptio ſacrificium & precium pro peccatis meis. Quare iuxta illam tuam pro-

missionem defende me dextera tua, & prebe benignas aures petitionibus meis. Sis mihi pręsidium in periculis: quia vana sunt omnia hominū pręsidia. Conculca igitur hostes meos potentia tua, qui es solus mihi adiutor & protector domine deus omnipotens.

¶ Precatio pro concordia ecclesiæ Christi: psal: lxviii.

EXurge domine vt dissipentur inimici, & fugiāt qui te oderunt, iusti & Christi discipuli gaudeant & lætētur, cantent tibi laudes & cātiones suaues, magnificentiam tuam celebrent & maiestatem tuam extollant. Crescat gloria tua, &

cœleste regnum Christi inter electos dilatetur. Esto pater pupillorum, iudex viduarum, & illorum in primis protector, quos mũdus deserit, quorum perturbatæ sunt conscientiæ, quos propter Christum mundus persequitur, qui egeni sũt & miseriarum pleni. In domo tua habitemus domine in pace & concòrdia, da nobis idem cor, eundem animum, eundem verum verbi tui intellectum, auelle vincula tam à conscientiis, q̃ à corporibus miserabilium captiuorum, & illorum qui adhuc funibus mortis sũt circundati, & temerè gratiæ tuæ repugnant. Quàm sitiens

domine est grex tuus hæreditatis tuæ. Effunde quæso largiter gratiæ tuæ imbres copiosior vbertas accidat, populus spiritu tuo confirmetur. Largire nobis domine verbum tuũ copiosè, vti multi sint annunciatores euangelii, qui inter seipsos sanctè cõspirent & concordẽt. Ecclesia tua Christi spõsa, victo Satana multa spolia diuidat. Omnes qui ĩ te per Christum credunt, ô domine deus salutis, te laudibus euehant, honorent te, & extollant. Intrabimus ĩ viam salutis, duc nos prospere in portũ, vt per te ab ipsa morte liberati effugiamus, & ad verã vitã veniamus.

amus, perfice illud quod ĩ nobis incepisti, fac nos à fide in fidẽ proficere, ne nos arbitriis nostris relinquas, arbitriũ enim nostrum lubricum est, & procliue ad cadendum. Verbi tui fulminibus adhibe vĩ domine, vt tibi soli demus gloriam. Da populo tuo fortitudinem & robur, vt peccato resistant, & verbo tuo in omnibus obediant. O gloriosissime domine & excellens super omnia. Amen.

¶ Precatio contra inimicos veritatis Christi. psal: cxxxix:

ERipe me domine à viris iniquis, & ab iis qui sunt duræ ceruicis, quoniam tu vi-

des quomodo ĩ cordibus suis cogitant iniquitatem, & quotidie calumniantur. Linguæ eorum magis acutæ sunt q̃ꝫ aculei serpentum, & venenum aspidũ sub labiis eorum. Sed ô misericors domine, custodi me à manibus eorum, ne agãt mecũ secũdum desyderia sua. Tu solus deus meus es, auribus percipe miserabiles deprecatiões meas. Domine qui regis omnia simul, qui es præsidii mei robur & defensio, esto mihi tãq̃ꝫ galea capiti meo quoties in me iniqui impetum facient. Neq̃ꝫ permittas vt impiis ita res suę succedant, ne sinas peruersos & malignos a-

nimos,

nimos maiores euadere, & in te contumeliose maledicta dicere. Age domine suopum causam, & libera me ab ista quotidiana molestia. Tunc recto corde & hilari vultu magnificabo nomen tuum sanctum. Amen.

¶ Precatio pro cohibenda lingua & mundi contagione vitanda. Psalmus. cxl.

AD te domine clamo velociter exaudi me. Esto precatio mea instar suauis odoris in conspectu tuo, & eleuatio manuum mearũ instar sacrificii vespertini, appone domine custodiam ori meo. Custodi os & labia mea, linguam etiam

etiam, ne quid deprauatè lo-
quantur, ſicuti faciunt impii.
Sed te purè & ſincerè inuocẽt,
& te dignas laudes enarrent.
Ne declines cor meum ad cõ-
cupiſcendum mala, neq; ad ſe-
quendum inſtituta impiorum
& hominum facinoroſorum,
ne forſitã occultẽ ſcelera mea
aliorum delictis, ſicuti faciunt
hypocritę. Ne ſinas me viuere
ſicut volunt illi, ſed ſicuti tibi
maximè cõplacuerit, ne pro-
bem conſilia aut facta illorum
qualemcũq; ſpeciem aut faciẽ
mundo pręſeferant. Ne aſcul-
tem illectamentis & dulcibus
eſcis iniquorũ, quæ me ad res
turpes & inhoneſtas commo-
uent.

lient. Sed aures potius prebeã homini iusto & sancto quãuis me acriter corripiat, & mecũ expostulet, oculũ tamẽ paratũ in te habiã, vt tibi soli fidã, & memet tibi soli accõmodẽ. Ne proiicias animã meã, neq; perire sinas. Custodi me ne ĩcidã in laqueos impiorũ, & ab occultis tẽdiculis hoĩm malignãtiũ libera me, per gratiã tuam defende me dñe, quia ĩ nostris consiliis & factis nihil ĩueniri potest, cui firmiter innitamur.

¶ Precatio captiui alicuius iuxta morem Dauidis quum ĩ spelũca occultabatur. psal. cxlii.

VOce mea ad te clamo effundo coram te depreca-

tiones meas, in ſinu tuo ſecreta cordis mei reuelo. Dolores & moleſtias meas narrabo tibi, rumpitur pœna cor meum, tã multę ſunt tribulationes meę. Tu cognouiſti omnes mores meos ô domine, & ſatis vides quomodo impii laqueos ſuos abſconderunt mihi. Ecce, ĩ hãc illamq́; partẽ oculos meos con iicio, in amicos pariter & cognatos, ſed fruſtra tamẽ, quia nullus illorũ adiuuat me, neq́; aufugere poſſum, ita vinculis onuſtus & oppreſſus ſum. O domine qui creator meus & pater es, nunc ad te clamo, tu ſolus es mihi ſacra anchora, defenſio, & pręſidium, tu por-

tio

tio mea es, & hæreditas in vniuersa terra, immo preter te aliam nullam possessionē habeo. Tibi igitur penitus adhęresco, certò persuasus, nihil malè mecum agi posse, lamentabilem vocem meã cõsidera, ecce vt debilitatus sum, à crudelibus persequutoribus, qui longè me fortiores sunt. Defēde me ab hoc carcere, libera me & ab horribili peccati mortísq; timore, vt nomen tuum extollam. Omnes sancti tũ angeli tum homines intercedunt pro me, pro mea consolatione assiduè precãtes Nũq; cessabũt anteq; petitiones suas obtineant, nempè dum tu

peccata mea remiſeris, & conſolationem mihi in his anguſtiis, patiētiam & longanimitatem dederis. Hoc vbi conſequutus fuero, pii circa me cōgregabuntur, & non ceſſabūt gratias tibi agere, vt viderint me è periculis iſtis per te liberari ad gloriam & celebritatē nominis tui. Deus miſericors ſis nobis, à nobis eſto, tunc in perpetuum extollemus & magnificabimus glorioſum nomen tuum. Amen.

¶ In magna perturbatione conſcientiæ: pſal. cxxxiiii.

AVdi domine precationē meam ſupplicationē meam recipe, attēde querelę meæ

propter

propter iustitiã tuam. Ne intres in iudiciũ cum seruo tuo, tunc enĩ reuera nullus insons reperietur, necq; pro tribunali tuo sanctorum tuorum quisq; absoluetur nisi tu illi benignꝰ indulseris atq; adeò ne stellæ quidem in cõspectu tuo puræ incorruptæ q; sunt. In angelis peccatum inuenisti. Nunc inimici mei animam meam persequũtur, verberant, prosternũt, & in abdita gurgustia detrudunt, vbi conuicti mortéq; dãnati latrones asseruari solent, spiritus meus tristis cor meũ gemebundum mœrénsq; in pectore, ad te attollo manus misericordiam tuã implorans

quemadmodum enim sitibun-
da humus imbrem expectat,
ita anima mea præsidia adiu-
mētáqꝫ auidè desyderat. Audi
domine cōfestim. Hoc nisi fe-
ceris, desperandum est. Spiri-
tus meus hac seruitute lassatus
fatigatúsqꝫ est, valere iussi vi-
tæ meæ. Itaqꝫ deus ne abscon-
das faciem tuam, ne similis fi-
am iis qui in puteum damna-
tionis coniecti sunt. Post hanc
noctem miseriæ preteritā iu-
cunda consolationis tuę auro-
ra feliciter illucescat: vt manè
audiam sentiámqꝫ bonitatem
tuam, quia ī te omnis spes mea
est. Constitue mihi viam ī qua
ambulē, quia nisi tu dux mihi

fueris, errandum est mihi, & de via deflectendũ. Ad te domine leuo animam meam etiã atq; etiam precor, vt de manu inimicorum meorum me liberes. Tu es solus refugium meũ & præsidium. Doce me id facere quod volupe tibi est, quia deus meus es tu, spiritus tuus bonus deducat me in terrã viuentium. Animato spritũ meũ propter nomen tuum. Ex omnibus perturbatiõibus propter iustitiam tuam libera me, disperde inimicos meos, quia tu es indulgens & benignus erga me. Hos qui mala mihi molestiásq; intentant è medio tolle, quia seruus tuus sum,

tuaq; causa hos tumultus pfero. Vt tu de' es, sic me adiuua.

Precatio ecclesiæ contra peccata. Sapi.xv.

TV deus noster suauis es, & patiens, & verus, & misericordia describis oĩa. Nam si peccauerimus, tui sumus, quia magnitudinẽ tuam agnoscimus: sin non peccauerimus, scimus nos abs te approbari, quia cognitio tui perfecta iustitia est, & cognitio iustitię potentiæq; tuæ, radix immortalitatis est.

¶Precatio regis Asa in tempore belli: ii: para.xiiii.

DOmine non est apud te vlla distantia, vtrum in

paucis auxilieris, aut in pluribus. Adiuua nos domine deus noster. In te enim & in tuo nomine habẽtes fiduciam, venimus cõtra hanc multitudinẽ. Domine deus noster tu es, non præualeat contra te homo. Amen.

¶ Precatio Manasse regis Iuda. ii. par. xxxvi.

DOmine deus omnipotẽs, patrum nostrorum, Abraäm, Isaäc, & Iacob, & seminis eorum iusti, qui fecisti cœlum & terram cum omni ornatu eorum, qui signasti mare verbo præcepti tui, qui conclusisti abyssum, & signasti terribili & laudabili nomine

tuo, quē omnes pauent & tremunt à vultu virtutis tuæ, & insustentabilis ira super peccatores cōminationis tuæ, immensa verò & inuestigabilis misericordia promissionis tuę quoniam tu es dominus altissimus super omnem terrã, lõganimis & multũ misericors, & pœnitens super malitiã hominum, excitaui iracundiã tuam, & malũ coram te feci, statuens abominationes, & multiplicans offensiones. Et nunc flecto genua cordis mei, precãs à te bonitatẽ domine. Peccaui domine, peccaui, & iiquitatem meã agnosco. Peto, rogans te domine, remitte mihi,

remitte mihi. Ne simul perdas me cũ iniquitatibus meis, necꝗ inæternũ reserues mala mihi, quia indignũ saluabis me secundum magnam misericordiam tuam. Et laudabo te semper omnibus diebus vitę męę, quoniam te laudat omnis virtus cœlorũ, & tibi est gloria in sæcula sæculorũ. Amen.

¶ Oratio Iiob grauiter afflicti, Iiob. i.

NVdus egressus sum de vtero matris męę, & nudus reuertar illuc. Dñs dedit, dñs abstulit, sicut dño placuit ita factũ est: sit nomen domini benedictum. Amen.

¶ Precatio Hieremiæ Hierem. xvii.

SAna me domine, & sanabor: saluum me fac, & saluus ero: quoniã laus mea tu es. Nõ sis tu mihi formidini spes mea tu in die afflictionis. Confundãtur qui me persequũtur & non confundar ego; paueãt illi, & non paueam ego: Induc super eos diem afflictionis, & duplici contritione contere eos. Amen.

¶ Altera precatio. Hie. xxxi.

CAstigasti me domine, & eruditus sum quasi iuuẽculus ĩdomitus. Conuerte me, & conuertar, qui tu dñs deus meus, postq̃ enim conuertisti me, egi poenitentiam, & postq̃ ostẽdisti mihi, percussi femur

meũ. Confusus sum & erubui, quoniam sustinui opprobriũ adolesentiæ meæ.

¶ Precatio Salomonis pro moderato victu. prouer. xxx.

DVo rogaui te, ne denegas mihi anteq̃ moriar. Vanitatem & verba mendacii longe fac à me: mendicitatẽ & diuitias ne dederis mihi. Tribue tantũ victui meo necessaria, ne fortè satiatus illiciar ad te negandum, & dicam: Quis est dñs? aut egestate compulsus furer & periurem nomen dei mei. Amen.

¶ Precatio pro obtinenda sapientia. Sapien. ix.

DEus patrum meorum, & dñe misericordię, qui fe-

 cisti

cisti omnia verbo tuo, & sapientia qua constituisti hominē, vt dominaretur creaturæ quæ à te facta est, vt disponat orbē terrarum in æquitate & iustitia, & in directione cordis iudicium iudicet: da mihi sediū tuarum assistricem sapientiā, & noli me reprobare à pueris tuis, quoniā seruus tuus sum ego, & filius ancillę tuę, homo infirmus & exigui temporis, & minor ad intellectū iudicii & legū. Et si quis erit consummatus inter filios hominum, si abfuerit ab illo sapientia tua, in nihilū computabitur. Mitte illam de coelis sanctis tuis, & à sede magnitudinis tuę, vt me-

cum sit, & mecũ laboret, & sciã quid acceptũ sit apud te. Scit enim illa oĩa & intelligit, deducet me in operibus meis sobriè, custodiet me in sua potentia. Et erunt accepta opera mea. Amen.

¶ Precatio Iesu filii Sirach. Ecclesi. vltimo:

COnfitebor tibi domine rex, & collaudabo te deũ saluatorem meum. Confitebor nomini tuo, quoniã adiutor & protector factus es mihi, & liberasti corpus meum à perditione, à laqueo linguæ iniquę, & à labiis operantium mendacium, & in conspectu astantiũ factus es mihi adiutor. Et libe-

liberasti me secundum multi-
tudinem misericordiæ nomi-
nis tui à rugientibus pręparat-
tis ad escam de manibus quę-
rētium animā meā, & de por-
tis tribulationum, quę circun-
dederunt me, à pressura flāmę
quæ circundedit me, & in me-
dio ignis non sum æstuatus.
De altitudine vētris inferi, &
à lingua coinquinata, & à ver-
bo mendacii, à rege iniquo, &
à lingua īiusta. Laudabit vsq;
ad mortem anima mea domi-
nū, & vita mea appropinquās
erat in inferno deorsum. Cir-
cundederunt me vndiq;, & nō
erat qui adiuuaret. Respiciens
eram ad adiutorium hominū,
&

& non erat. Memoratus sum misericordiæ tuæ domine, & cooperationis tuæ quæ à sæculo sunt, quoniam eruis sustinentes te dñe; & liberas eos de manibus gentiũ. Exaltaui super terram orationem meam, & pro morte defluente deprecatus sum. Inuocaui dominum patrẽ domini mei, vt non derelinquat me in die tribulationis meę: & in tempore superborum sine adiutorio. Laudabo nomen tuũ assiduè & collaudabo illud in confessione: & exaudita est oratio mea. Et liberasti me de perditione: & eruisti me de tempore iniquo. Propterea confitebor, & lau-

dem dicam tibi: & benedicam nomini domini. Cũ adhuc iunior sum, priusq̃ oberrarem, quæsiui sapientiam palam in oratione mea. Ante templum postulabam pro illa, & vsq; in nouissimis inquirã eam: & florebit tanq̃ præcox vua. Lętatum est cor meũ in ea. ambulauit pes meus iter rectũ: à iuuentutte mea ĩuestigabam eã. Inclinaui modicè aurem meã, & excepi illam. Multam inueni in meipso sapientiã, & multum profeci in ea. Danti mihi sapientiam, dabo gloriã. Consiliatus sum enim, vt facerem illam: zelatus sum bonum, & non confundar. Colluctata est

anima mea in illa, & in faciẽdõ eam confirmatus sum. Manus meas extendi in altum: & in sapientia eius luxit anima mea: & ignorantias meas illuminavit. Animam meam direxi ad illam: & ĩ agnitione inveni eã. Possedi cũ ipsa cor ab initio, propter hoc non derelinquar: venter meus conturbatus est quęrẽdo illam, propterea bonam possidebo possessionem. Dedit enim mihi dominus lĩguam mercedem meam: & in ipsa laudabo eum. Appropriate ad me indocti, & congregate vos in domum disciplinæ. Quid adhuc retardatis? Et q̇d dicitis in his: animæ vestræ si-

stiunt vehementer. Aperui os
meum, & locutus sum. Cõpa
rate vobis sine argento sapiẽ
tiam, & collum vestrum subiia
cite iugo eius, & suscipiat ani
ma vestra disciplinam. In pro
ximo est enim inuenire eam.
Videte oculis vr̃is, quia modi
cum laboraui, & inueni mihi
multam requiẽ. Assumite di
sciplinam ĩ multo numero ar
genti, & copiosum aurũ pos
sidete in ea. Lętetur anima ve
stra in misericordia eius, & nõ
confundamini in laude ipsius.
Operamini opus vestrum
ante tempus: & dabit vo
bis mercedem vestrã
in tempore suo.

Precatio

¶ Precatio pro annunciando verbum domini cõfidenter. Act. iiii.

DOmine, tu es deus, qui fecisti coelum ac terrã, mare, & omnia quæ ĩ eis sunt, qui per os Dauid pueri tui dixisti: Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt ĩania? Astiterunt reges terræ & principes conuenerunt in vnum, aduersus dominum, & aduersus Christũ eius. Conuenerũt enim verè aduersus sanctũ filium tuum Iẽsum, quem vnxeras, Herodes simul & Pontius Pilatus cũ gentibus & populis Israël, ad faciendum quæcunq; manus tua, & consilium suũ prius decreuerat, vt fierẽt.

Et nunc domine aspice in minas eorum: & da seruis tuis, vt cum omni fiducia loquantur sermonem tuum, manum tuã porrigendo in hoc, vt sanatio, & signa, & prodigia ędantur per nomẽ sancti filii tui Iesu. Amen.

Precatio pro pace ecclesiæ.

DOmine Iesu Christe, qui oĩpotentia tua fęcisti oẽs creaturas, visibiles, & ĩuisibiles, diuina & sapientia tua gubernasti ĩsposuistiq; oĩa ordinate, qui ĩeffabili bonitate tua custodis, defendis, ꝓmouesq; omnia, qui profunda misericordia tua reficis ruinosa, renouas collapsa, viuificas mortuos:

tuos: digneris (precamur) ad extremum, in dilectam sponsam tuam ecclesiam dulcem illum & misericordem vultum tuum, quo cœlestia omnia terrestriáque, & quæ supra cœlum infráque terram sunt pacificas, cõiicere: digneris teneros misecordésque oculos in nos conuertere, quibus Petrum semel magnum ecclesiæ tuæ pastorẽ aspexisti, & cõtinuò rediit secum in memoriam, & pœnitentia ductus est, quibus dispersam semel multitudinem perlustrasti, & misericordia commouebaris, quod boni pastoris defectu, errabant quasi oues sparsæ palantésque. Tu satis vi-

des bone pastor, q̄ varia su-
porum genera in ouilia tua ir-
ruperũt, è quibus vnusquisq;
clamat, hic Christus est, hic
Christus est, ita vt si fieri pos-
set ĩ errores deducerentur ele-
cti. Tu vides quibus flatibus,
quibus fluctibus, quibus tem-
pestatibus misera nauis iacta-
tur, in qua pusillus grex tuus
de submersione periclitatur,
quid autem nunc restat, nisi vt
prorsũ submergatur, omnésq;
nos pereamus? Huius tempe-
statis causa est nostra ĩiquitas
& deprauata vita. Hoc nos vi-
demus & confitemur: iustitiã
tuam cernimus, & ĩiustitiã no-
stram lamentamur: sed ad mi-

sericordiam tuã prouocamus
quę (secundum psalmum pro-
phetæ tui) exuperat omnia o-
pera tua, multa supplicia susti-
nuimus, multis bellis fracti,
multis iacturis bonorum cõ-
sumpti, tot morborum pesti-
umq; generibus flagellati, tot
fluctibus quassati, tot porten-
tis perterrefacti, & nullus ta-
men nobis ita fatigatis, & inu-
sitata malorum vi debilitatis,
portus perfugiumq; apparet,
Sed quotidie magis magisq;
grauesplurésq; pœnæ immi-
nere ceruicibus nostris vidẽ-
tur. Non hic de tua asperitate
cõquerimur misericordissime
domine, sed tuam potius mise-

ricordiã intuemur: quod longe grauiores plagas commeriti sumus. Nos verò abs te misericordissime domine precamur, non quid meritis nostris dignum sit cõsideres aut perpendas: sed potius quid deceat misericordiam tuam, sine qua ne angeli quidẽ in coelo consistere possunt nedum nos vasa luti ĩ firma. Miserere nostri redemptor noster, qui facillime exoraris, non quod nos misericordia tua digni sumus: sed hanc gloriã nomini tuo dato. Ne patiaris Iudæos, Turcas, reliquósque, qui vel non nouerunt te vel glorię tuę inuident perpetuò de nobis triumphare.

re, & dicere: vbi deus, vbi re-
dẽptor, vbi seruator, vbi spõ-
sus illorum est? Haec contu-
meliosa verba & conuitia in te
domine redundant, dũ ex ma-
lis nostris bonitatem tuam e-
xistimant, nos derelinqui pu-
tant, quos emendari non cer-
nunt. Cũ semel ĩ nauigio dor-
mires, & tẽpestas subitò exo-
rta minaretur mortem omni-
bus qui ĩ naui erant, ad clamo-
rem paucorum discipulorum
excitabaris & cõtinuò fluctus
quieuerunt, ventus cessauit, tẽ
pestas in magnam tranquilli-
tatem conuersa est. Aquae mu-
tae creatoris vocẽ agnouerunt
in hac autem longè grauiore
 tem-

tempestate, in qua non paucorum hominum corpora in discrimen veniunt, sed innumerabiles animę periclitãtur. Ad vocem vniuersæ ecclesiæ tuæ domine precamur vt vigiles, quæ nunc in periculo submersionis est. Tot iam milia hoīm clamitant, domine serua nos, perimus, tẽpestas hęc humanã potentiã superat, immò verò conatus eorum qui illi præsidium ferrent, in contrariũ auertũtur. Quòd hoc pręstabit solum verbũ tuum est verbo solum oris tui dicito: tẽpestas cessa, & confestĩ tranquilitas expetita apparebit. Quot milibus impiorum pepercisses, si

In ciuitate Sodome vel decem inuenti fuissent: nunc vero tot milibus hoim gloriam nominis tui amantium, & propter decorem domus tuę gementū. Non horum precibus adductus iram remittes, & consuetarū antiquarúmq; misericordiarum tuarum recordaberis? An non diuina sapientia tua nostram stultitiam in gloriam tuam conuertes? An non malorum improbitatem in ecclesiæ tuæ bonum commutabis? Tum enī misericordia tua solet omnia subleuare cū res nobis immedicabilis esse videtur nec potentia, aut sapientia humana corrigi potest. Tu solus

res etiam inordinatissimas in ordinē adducis: qui solus au- thor, conseruatórq; pacis es. Tu antequam confusionē quā Chaos appellamus formauisti in qua sine ordine, sine modo, ꝑturbatè discordia semina re- rū iacebāt, & admirabili serie res natura sua pugnātes, vīcu- lo ꝑpetuo copulauisti & colli- gauisti. Quāta quęso maior cō fusio est hęc, vbi nulla charitas nulla fides, nulla copulatio a- moris, nulla legū, nulla magi- stratuū reuerētia, nulla opini- onū cōsēsio, sed ꝗsi ī ꝑturbati- ssimo choro, vnusquisq; diuer sū canit. In cœlestib⁹ planetis nulla est dissēsio, elemēta suas

sedes

sedes tenẽt. vnũquodq; cõstitu
tum sibi officiũ facit. Et spon-
sam tuã cuius causa omnia fa-
cta sunt, continua sic dissensi-
one perire & labefactari per-
mittis? Malos ne spiritus sedi-
tionis authores atq; admini-
stros in ditione tua sine vlla
reprehensione ita regnare per
mittes? potentem ne illum in-
iquitatis ducem, quem semel
deieceras, castra inuadere &
milites tuos spoliare sines? Cũ
hic in hominibus versabaris:
vocem tuam fugiebant demo-
nes. Emitte quęsumus domine
spiritum tuum, qui è pectori-
bus omnium nomen tuũ pro-
fitentium, malos spiritus, ma-
gistros

gistros intemperantiæ, auaritiæ, vanæ gloriæ, libidinum, scelerũ, discordiæ abigat. Crea ĩ nobis rex & deus noster cor mundum, & spiritum sanctum tuum ĩ pectoribus nostris renoua, nec spiritum sanctũ tuũ auferas à nobis. Restitue nobis fructum salutaris sanitatis tuæ, & spiritu principali corrobora sponsam pastoresq́ eius. Hoc spiritu recõciliasti coelestia terrestribus, hoc formasti ac reduxisti tot linguas, tot nationes, tã diuersa hoĩm genera in vnum corpus ecclesię, quòd corpus eodẽ spiritu copulatur capiti. Hunc spiritum si in omnium hominum cor-

dibus renouare digneris, tum externæ hæ quoqꝫ miseriæ cessabunt: aut si non cessauerint, ad fructum saltẽ, vtilitatémqꝫ diligentiũ te traducentur. Siste hanc domine Iesu confusionem, hoc horribile Chaos in ordinem adducito: Expande spiritũ tuum super aquas male fluctuantiũ opinionum, & quia spiritus tuus qui iuxta ꝓphetæ sententiã cõtinet omnia, scientiam etiã habet vocis. Effice vt quemadmodum omnibus qui in domo tua sunt, vnũ lumen, vnus baptismus, vnus deus, vna spes, vnus spiritus: Sic vnam quoqꝫ habeant vocẽ vnam cantilenam, vnum sonũ

vnã catholicam veritatẽ pro-
fitentes. Cum in coelum glori-
osè ascendisti, dimisisti de coe-
lo res preciosissimas : dedisti
dona hoĩbus, varia mumera
spiritus diuisisti, renoua dñe
de coelo veterem bonitatẽ: da
nunc ecclesię labefactatę, & in-
clinatę, quòd illi emergenti, &
exoriẽti ĩitio dederas. Da prĩ-
cipibus magistratibúsq; gra-
tiam timoris tui: vt ita rempu-
blicam suam gubernent, quasi
statim tibi regi regum rationẽ
reddituri. Da sapientiam sem-
per assistricem illis, vt quod-
cumq; obtimũ factu fuerit, &
aĩo prouideant: & factis per-
sequantur. Da episcopis tuis
donũ

donum propheciæ, vt sanctas scripturas nõ ex suis ingeniis: sed tua inspiratione declarent, & interpretentur. Da triplicẽ illis charitatem, quam à petro requirebas: quando illius curę oues tuas commisisti. Da sacerdotibus tuis temperantiæ, castitatísq; amorem. Da populo tuo studium sequẽdi mandata tua, & promptitudinem obediendi iis, quos tu super illos constituisti. Ita fiet vt si largitate tua principes, ea imperent quæ tu precipis, pastores eadẽ doceant, populus vtrísq; pareat: veteris ecclesiæ dignitas, tranquillitásq; cũ ordinis cõseruatione ad gloriã nominis

tui refloreſcat. Niniuitis pe-
percisti morti addictis, ſtatim
vt ad pœnitentiã conuerſi fu-
erant, & domum tuam incli-
nantem iã & corruentem de-
ſpicies, quę vice ſacci gemitus,
vice cinerũ lacrimas profun-
dit? Promiſiſti remiſſionem
conuerſis ad te: at hoc donum
tuũ eſt, vt quis cum toto cor-
de ſuo ad te cõuertatur, vt oĩs
bonitas noſtra ad gloriam tuã
redundet. Tu factor es, refice
opus tuum quod formaſti: tu
redẽptor es, ſerua quod emiſti
tu ſeruator es, ne ſinas perire
qui tibi inuituntur: tu dñs es
& poſſeſſor, vendica poſſeſſi-
onem tuam: tu caput es, opem

fer mēbris: tu rex es, da nobis legum tuarum reuerētiam: tu princeps pacis es, aſpira nobis fraternam charitatem: tu deus miſerere ſupplicum tuorum: ſis (vt beatus Paulus loquitur) omnia in omnibus, vt vniuerſus eccleſię tuę chorus conſentientibus animis, & vocibus conſonantibus gratias de miſericordia inuenta agant patri filio & ſpiritui ſancto, qui pro perfectiſſimo concordię exēplo perſonarum proprietate diſtinguuntur & cōiunctione naturę adunātur, quibus laus, & gloria ad omnem ęternitatem. Amen.

Precatio ꝑ bona fama cōſeruanda.

SApiens ille, qui tibi à secretis fuit (pater cœlestis) docuit honestam famam thesaurũ esse preciosũ iis verbis: melius est habere nomen bonũ q̃ vnguenta preciosa, hanc verò rem tam bonam, tamque excellentem, neq; comparare, neq; retinere sine tuo adiumẽto, præsidióq; possimus: bonę verò famę caput reuera, fõsq; est vita inculpata. Hoc igitur in primis rogamus & emendicamus abs te domine omnipotens. Et quoniam persæpe innocentia, vitaque inculpata, neq; satis per se valent, neq; satis firmum scutum, & presidiũ sunt aduersus eos, qui sub labiis

biis suis venenum serpentum gestant: & ferè plerúmq; quãdo cum fidis amicis nos esse arbitramur, cum Ezechiële ĩter scorpiões, & venenata animalia habitamus: cũ sancto propheta clamamus: Domine libera animam meam à labiis ĩiquis, & à ligua dolosa. Quod si hoc benignitati tuę uideatur vt famulos tuos hac afflictione exerceas, quo possint melius ad pietatem religionémq; adduci: concede quæsumus, vt cum Paulo fortissimo Athleta tuo per ignominiam & gloriam, per infamiam & bonam famam, in mãdatis tuis per Iësum Christum permaneamus,

qui quando hic in terris am-
bularat, conuitiis, ignominiis,
maledictis incessebatur, exa-
gitabatur vt Samaritanus, vi-
ni potor, seductor populi, dae-
monium habens: qui nunc
tecum in gloria simul regnat
cum spiritu sancto. Amen.

¶ Precatio contra cu-
ram mundanam:

Benignissime & in dulgẽ-
tissime pater defẽsor no-
ster & nutritor, ĩbue nos gra-
tia tua, vt caecitate mentiũ no-
strarum, & huius mundi cura
reiecta, omne studiũ curámq́
nostram in mandatis tuis con-
seruandis ponamus, & vt sine
cura quasi volucres coeli & li-

lia agri laborẽ, industriámq́ suscipiamus, quia tu promisisti te curaturum pro nobis, & præcepisti, vt omnem curam nostram in te coniiceremus, qui viuis & regnas ad æternitatem. Amen.

¶ Precatio contra superbiam & libidinem, Eccl, xxiii,

Domine pater, & deus vitæ meæ, ne derelinquas me ĩ cogitatu illorum. Extollentiam oculorum meorũ ne dederis mihi: & omne desyderium auerte à me. Aufer à me ventris concupiscentias, & cõcubitus concupiscentiæ ne apphendãt me, & animo irreuerẽti & ĩfrunito ne tradas me.

¶ Alia precatio contra superbiam:

DOmine Iesu Christe in summa potentia mitissime, in summa excellentia humanissime, immò verò volũtate tua humillime, eam mentem, spirtúmq; largire, vt imbecillitatem meam agnoscam fermẽtatam malitia atq; infectã: vt qui nullam habeo gloriãdi causam, tuo exemplo humilis mitísq; fiam. Humana omnia incerta sunt, ad breuem vsum concessa. Corpus caducum, fragile, sordidum, mens cęca, & peruersa quicquid habeo meum, malũ est: quicquid habeo bonum, dei est, & non

meum. Hanc igitur imbecilli-
tatē agnoſcens, quur meipſum
magnifacerem? Precipuè ve-
rò cum tu domine cœli & ter-
ræ, quando in admirabili ex-
cellentia eras, teipſum ad infi-
mam hominum conditionem
abieceris concede mihi veram
humilitatem, vt ad veram glo-
riā extolli poſſim: qui viuis &
regnas cū patre & ſpiritu ſan-
cto ad omnem æternitatē. Am̄.

¶ Precatio contra inuidiam.

DOmine īuentor, factórq;
omnium, diſpenſatórq;
donorum tuorum, qui largiſ-
ſima beneficentia tua diuidis,
tribuēdo vnicuiq; plus quàm
pro meritis; ſingulis tamen ſa-

tis, vt nullam habeamus indi-
gnationis aut inuidię causam,
cum tu de tuo des omnibus, e-
tiam iis, qui non cõmeriti sunt
& vnicuiq; sufficienter ad cœ-
lestem beatitudinem: concede
vt nequaquam inuidiosi sed iu
dicio tuo, & donorum tuorũ
beneficiorũmq; dispositione
contenti simus. Cõcede nobis,
vt grati simus pro iis quæ ac-
cipimus, neq; secrete nobiscũ
contra iudiciũ tuum, sanctãq;
in collocandis gratuitis bene-
ficiis voluntatẽ murmuremus
sed potius amemus, laude-
músq; liberalem beneficentiã
tuam, cum in cæteris, tum in
nobis ipsis, & semper te dñe

fontem bonorum omniũ bonitatísq; magnifaciamus. Tibi gloria ad ęternitatem. Amẽ.

¶ Contra iram,

DOmine Iesu Christe, qui dixeras vnumquémq; irascentem fratri suo, reum esse iudicii: quíq; secreto tuo iustóq; iudicio omnem vindictã vltionémq; assiduè reseruas: per immensam misericordiam tuã largire nobis, vt nulla ratione in aliquã intemperiem ira, & cupiditate vlciscendi dilabamur: sed perpetuò non solum diuinum præceptum tuũ quod præcipit, vt beneficiamus iis qui oderunt nos: & rogemus pro iis, qui malè de no-

bis loquuntur: memoria teneamus, ſed etiam ſancti exempli tui recordemur, qui pro crudeliter cruci affligentibus te, precabaris. Tibi cum patre, & ſpiritu ſancto ſit ſempiterna gloria. Amen.

¶ In rebus aduerſis.

DOmine deus ſine cuius voluntate ne paſſer quidem in terram cadit, quum voluntate permiſſionéque tua in hac miſeria & calamitate ſim: cum me iis ærumnis adfligas non ad deſtruẽdum protinus & abiiciendum, ſed ad ſeruandum & ad poenitentiam reuocandum, quem enĩ diligis hũc caſtigas; cũ res aduerſæ & per-

turbatae efficiant patientiam, & qui perturbationem aliquã patienter fert, hic similis efficitur capiti & seruatori nostro Christo. Cum denique in omni miseria & ærumnis (quia præcipis vt inuocarem te tempore tribulationis, & pollicitus es te auditurum adiuturúmque me) certò persuasus sim de cõsolatione abs te recipiẽda: cõcede omnipotens deus & misericors pater, vt in omnibus rerum motibus ac perturbationibus sine ægritudine animi ac murmuratione, sine examinatione & desperatione, quieti simus ad laudandum & magnificandum te, ad vniuersam

ſpem fiduciámq́ʒ noſtram ī te collocandam, quia tu nunq̄ deſeris fidentes tibi, ſed ad optimum cõuertis omnia iis qui diligunt te, & quærunt gloriā ſancti nominis tui. Tibi gloria ad æternitatem. Amen.

¶ In rebus proſperis.

GRatias ago tibi deus omnipotens, qui non ſolum donis naturæ me imbuiſti, ratione, potẽtia, viribus: ſed copioſè facultates huius mundi largitus es. Hæc ego confiteor, domine tua eſſe dona, & cum ſancto Iācobo agnoſco nullū perfectum, nullū bonum donum eſſe, quod non abs te deſcendat (pater luminū) qui das

affluēter & nemini exprobras.
Confitebor cū propheta Aggæo, aurum tuum esse, argentum tuum esse, te ea quibus tibi volupe est dare: piis, vt dispensatores diuisorésq; illorū sint: impiis vero, ad illorū dānationem aceruandam atq; accumulandam. Quamobrē benignissime pater, humillimē obsecro, & rogo abs te, vt sancto tuo spiritu formes in me fidele cor, manúmq; paratam ad diuina dona secundum placitum, voluntatémq; tuam distribuenda: vt ne hic accumulem vbi fures diripiunt, & tineę exedunt: sed aceruem thesauros in cœlesti regno tuo, vbi

bi neq; fur expilat, neq; tinea exedit, ad consolationem meã, quæ pro misericordia tua re compẽsaturum promisisti, ad humilium & *infirmorum* in ecclesia tua consolationem, & ad nominis tui gloriã. Cui cũ filio & spiritu sancto sit omnis honor & laus ad omnem æternitatem. Amen.

¶ Fructuosa precatio quouis tempore dicenda.

Misericors deus, cõcede, vt quæ tibi placita sunt, feruenti animo ea cupiam, sapiẽter inquiram, verè cognoscam perfectè impleam, ad nominis tui laudem & gloriam. Guberna vitam meam, vt ea faciã quę

tu requiris: da gratiam, vt ea obtineam quę animę meę sunt aptissima: bone domine, viam meam rectã stabilémq; facito, vt neq; rebus in prosperis aut aduersis cadam, sed prosperis in rebus agam gratias, & aduersis in rebus patientia muniar: vt neq; alteris efferar, nec alteris deprimar: vt nulla re lętet, quę non me ad te excitet: neq; vllis rebus ãgar, nisi quæ me auertunt abs te: vt nemini pręter te placere studeam: nec vlli præter te displicere formidẽ: humana quæso domine omnia ꝑpter te vilescant, neq; vlla lætitia absq; te exhilarer, neq; pręter te quicq; concupiscam.

scam. Labor qui pro te suscipitur, me delectet, cætera omnia fatigent me quæ non sunt in te. Fac me semper ad te cor leuare: & vbi cecidero, effice vt de te iterum cogitem & firmo emendandi proposito indoleã. Deus meus, fac me sine calliditate humilem: sine leuitate hilarem: sine diffidentia tristem: sine stupiditate sobrium: sine simulatione verũ: sine desperatione timentem tui: sine presumptione fidentẽ tibi: proximi delicta sine dissimulatione narrantem, verbo & exẽplo illos sine irrisione docentem, sine altercatione obedientem, sine murmure patiẽ-

tem,

tem, sine corruptione purum. Benignissime domine deus, da cor mihi ità peruigil, vt nulla me curiosa cogitatio abs te abstrahat: ita corroboratum, vt nulla animi affectio me depellat: ita stabile, vt nullæ illud res aduersę frangant. Domine mi da mihi intelligentiam ad cognoscendum te, diligētiam ad quærendum te, consuetudinem vitę ad placendum tibi spem denique ad complectendum te propter preciosum sāguinē immaculati agni vnici seruatoris Iësu Christi. Cui cū pr̄e & spiritu sancto tribus psonis & vni deo, oīs honor & gloria ad omnē ęternitatē. Amē

¶ Deuota oratio ad Iē-
sum Christum,

O Bone Iēsu, O dulcis Iēsu, O Iēsu, fili Mariæ virginis, plene misericordia & veritate. O dulcis Iēsu, miserere mei secundum magnam misericordiam tuam. O benigne Iēsu, deprecor te, per illum sāguinem preciosum, quem pro nobis peccatoribus effundere dignatus es in ara crucis, vt abiicias omnes iniquitates meas, & ne despicias me humiliter te petentē, & hoc nomen tuum sanctissimū Iēsum inuocantē. Hoc nomen Iēsus, nomē dulce est: hoc nomen Iēsus nomē salutare Quid enī est Iēsus, nisi

saluator?

ſaluator? O bone Ieſu qui me creaſti & redemiſti tuo precioſo ſanguine, ne permittas me damnari quẽ tu ex nihilo creaſti. O bone Ieſu ne perdat me iniquitas mea, quem fecit omnipotens bonitas tua O bone Ieſu recognoſce quod tuũ eſt in me, & abſterge quod alienũ eſt, à me. O bone Ieſu miſerere mei dum tempus eſt miſerendi, ne perdas me in tempore tui tremendi iudicii. O bone Ieſu, ſi merui miſer peccator de vera tua iuſtitia pœnam æternam pro peccatis meis grauiſſimis: tamen appello à tua iuſtitia vera, ad tuam miſericordiam ineffabilem: miſere-

beris mei, vt pius pater & misericors dominus. O bone Iesu, quę vtilitas i sanguine meo dum descendero in corruptionem? Non enim mortui laudabunt te, necq; omnes qui descendunt in infernum. O misericordissime Iësu, miserere mei. O dulcissime Iësu, libera me. O piissime Iësu, propitius esto mihi peccatori. O Iësu admitte me miserum peccatorem inter numerum electorum tuorum. O Iësu salus in te credētium miserere mei. O Iësu dulcis remissio omnium peccatorum meorum. O Iësu fili virginis Mariæ infunde in me gratiam tuam, sapientiam, charitatē,

ritatem, castitatem, & humilitatem, ac etiam ĩ omnibus aduersitatibus meis sapientiam sanctam, vt possim te perfectè diligere & in te gloriari ac delectari in secula seculorũ. Amẽ.

¶ Precatio dicenda in hora mortis

DOmine Iësu, qui es vnica salus viuentiũ, vita æterna omnium in fide tua moriẽtium. Ego miser peccator totũ me tuæ sanctæ voluntati trado, & submitto: & cum certò confidam illud perire nõ posse, quod misericordiæ tuæ cõmendatum est voluntariè nũc fragilem: & miseram carnem spe resurrectiõis relĩquo, quæ lõgè melius mihi eam iterum

restituet. Obsecro te misericordissime domine Iesu Christe, vt gratia tua animam meam contra omnes tẽtationes corrobores, & vt scuto misericordiæ tuæ contra omnes insultus diaboli tegas, & munias. Video, & agnosco nullam in me spem salutis: sed omnem spem, & fiduciã in tua misericordi bonitate colloco. Nulla merita, nulla bona opera habeo, quę corã te exprumere possim: peccatorum verò & flagitiosorum scelerum ôh magnã cerno vim: sed misericordia tua spero me in illorũ esse numero, quibus tu non imputabis peccata, sed pro iustis habebis

bebis & pro hæredibus vitæ æternę. Tu misericors mea causa natus, mea causa famem sitímq; perpessus es, mea causa concionatus es, docuisti, precatus es, ieiunasti, mea causa omnia opera bona operatus es mea causa grauissimas pœnas tormētáq; sustinuisti, mea causa præciosissimum corpus interficiēdum, sanguinémq; tuū profundendum in cruce dedisti. Nunc verò misericordissime seruator, omnia hæc prosint mihi quæ tu gratis donasti mihi qui pro me teipsum donasti, sanguis tuus omnium peccatorum meorum sordes, maculasq; diluat: iustitia tua

meam iniustitiam tegat & occultet: merita passionis sāguinisq; tui, sint peccatorum meorum satisfactio. Da mihi dn̄e gratiam tuam, vt fides mea salusq; in sanguine tuo, in me nō vacillet: sed firma semper, stabilisq; sit, vt spes misericordię tuæ vitæq; æternæ nunquam in me deficiant: vt charitas in me nunquàm frigescat: vt infirmitas deniq; carnis meæ timore mortis nō superetur. Cōcede mihi misericors seruator, vt vbi mors oculos corporis concluserit, oculi tamen mentis perpetuò in te intueantur: vt cum mors ligue sermonisq; vsum preripuerit: cor tamen

ad te clamet, & vociferetur: In manus tuas domine commendo spiritum meum. Domine IESV accipe spiritum meum. AMEN.

¶ Generalis confessio peccatorum deo,

Misericordissime dñe deus & benignissime charissiméq; pater, dignare, precor, paternis oculis pietatis tuę me vilissimum & miserrimũ peccatorem, hic ante pedes misericordiæ tuæ corde prostratũ aspicere: quia contra thronum gloriæ tuæ, & coram te pater peccaui, vt minimè sim dignus vocari filius tuus. Sed quia tu es deus & omnis con-

meam iniustitiam tegat & oc-
cultet: merita passionis sangui-
nísque tui, sint peccatorum me-
orum satisfactio. Da mihi dñe
gratiam tuam, vt fides mea sa-
lusque in sanguine tuo, in me nõ
vacillet: sed firma semper, sta-
bilisque sit, vt spes misericordiæ
tuæ vitæque æternæ nunquam
in me deficiant: vt charitas in
me nunquàm frigescat: vt in-
firmitas denique carnis meæ ti-
more mortis nõ superetur. Cõ-
cede mihi misericors seruator,
vt vbi mors oculos corporis
concluserit, oculi tamen men-
tis perpetuò in te intueantur:
vt cum mors linguæ sermonisque
vsum præripuerit: cor tamen
ad

ad te clamet, & vociferetur: In manus tuas domine commendo spiritum meum. Domine IESV accipe spiritum meum. AMEN.

¶ Generalis confessio peccatorum deo,

MIsericordissime dn̄e deus & benignissime charissiméq; pater, dignare, precor, paternis oculis pietatis tuę me vilissimum & miserrimū peccatorem, hic ante pedes misericordiæ tuæ corde prostratū aspicere: quia contra thronum gloriæ tuæ, & coram te pater peccaui, vt minimè sim dignus vocari filius tuus. Sed quia tu es deus & omnis con-

ſolationis pater, nec mortem peccatoris deſideras, ſed tanq̃ verus Samaritanus de miſerè vulnerato animo meo laboras? Effice, quæſo, precioſo oleo conſolationis tuæ in vulnera mea infundendo, vt alacriter curram cum filio perdito in æternę miſericordię tuæ gremium, quia ecce tu es ſpes mea, & fides in quo ſolum acquieſco, plenamq́ in te cõfiſionẽ fiduciãq́ habeo, atq adeò fideli corde ĩ miſericordia tua ſperando, credo in te ô deus pater, in te ô deus fili, ĩ te ô deus ſpiritus ſancte tres perſonę & vne vere deus, pręter quem nullum alium agnoſco deum,

neq

nẽq; in cœlo sursum, neq; in terra deorsũ. Immò verò ego miser peccator apud te accuso meipsũ benignissime p̃r grauiter vehementérq; omnipotentem, bonitatẽ, maiestatẽq; tuam offendi, varia miserabiliáq; peccata & flagitia in te admisi, quia ex diuinis sãctísq; preceptis tuis, quemadmodũ iustitia tua à me requirere exigeréq; possit, ne minimũ quidem seruaui. Neq; enim te vt deum meum honoraui: neq; vt dominum meũ metui: neq; vt patrem meum amaui: neq; in te vt in creatorem meũ seruatorémq; credidi. Sãcto terribiliq; nomini tuo cui omnis

gloria

gloria honorq; debetur, temerè abusus sum: operibus tibi acceptis festos dies nõ sanctificaui: nec in virtute idoneè proximum instruxi; neq; parentes meos honoraui, neq; obediẽs illis fui, per quos quasi per instrumenta viam mihi in hunc mundum parasti: Summis potestatibus & magistratibus, qui authoritatem abs te sumunt, non lubenter obtemperaui: cor meum ab homicidio integrũ purumq; non seruaui, immò nisi gratia tua misericordiáq; me diffẽdisset, facinus quoq; ipsum homicidii admisissem: neq; à furto integer sum, nec ab adulterio, nec

à falso testimonio, sed cordẽ atq; animo res bonáq; proximi appetiui. Magnum mundi huius prĩcipẽ Satanã, qui ab initio mendax fuit, sequutus sum, partĩ concupiscentia carnis; partim superbia vitę, partim mentiendo, imposturis, libidine, odio, ĩuidia, obtrectatione, diffidentia, incredulitate, quínq; sensibus meis turpiter abusus sum, audiendo, videndo, olfaciendo, gustando, tangendò, quę omnia mihi vtenda ad honorem gloriámq; tuam, ad ædificationem vtilitatémq; proximi dederas, sed quomodocunq; tandẽ diuinã maiestatem tuam offenderim,

&

& contra ęternam maiestatem
tuam peccauerim, nemo enim
perfectè peccata sua cognoscit
(vt propheta testatur) siue id
inter diu noctúue fęcerim, im-
mò à pueritia vsq; ad hunc diē
siue id verbo, opere, cogitati-
one, palam, clanculumue desi-
gnauerī. Misericordissime de-
us mi, penitet me illius abs i-
mo etiam pectore, immò verò
anima mea prę dolore languet
misericordissime pater, nō me
millies plus dolere q̄ doleo,
verumtamē vt significatio ali-
qua pœnitentię eluceat, quāq;
omniū corda satis tibi sint co-
gnita, pulso, ferióq; pectus me-
um, & in amaritudine cordis

animæq;

animęq; meę dico: domine deus pater miserere, domine deus fili miserere, dn̄e deus spiritus sancte miserere pro infinita misericordia benignissime domine parce mihi & nunc, & omnes dies vitæ meę, & abundantem gratiam tuam imperte mihi, vt impiam vitam, cōmutem, & veterem hominem, ac omnem malam concupiscē-tiam deponam, vt mundo moriar, & mundus mihi crux sit, vt in noua vita ꝓgrediar. Corrobora me domine ī vera humilitate cordis, perfectóq; amore, spe & fiducia tui Da animæ meæ gratiam, vt te vnū desiderem, in te vno gaudeam
&

& acquiescam, vt omnia repu-
diem, deseramq; vanam huius
mundi fiduciam, vt me cum fi-
deli seruo media nocte mortis
meę paratum inuenias, quę su-
bitò me de ĩprouiso quasi fur
adorietur. Esto mihi illo neces-
sitatis tempore domine turris
fortitudinis, locus refugii, de-
fensator deus precipuè contra
faciem diaboli, qui quasi leo
rugiens, tum maximè paratus
ad me deuorandum erit: & cõ-
tra desperationem quę tũ om-
nibus modis vexabit me Cõ-
solatio tua adhæreſcat mihi,
misericordia tua custodiat me
gratia tua gubernet me. Re-
duc me, domine deus pater,
quē

quem magna potētia tua formauit: reduc, domine fili, quē tam prudenter gubernasti & precioso sāguine tuo redemisti: reduc, domine spiritus sancte, quem tam amanter custodiuisti, & conseruauisti in hac regiōe mortis, & valle miseriæ, tres personæ & vne vere deus cui laus & honor ad omnem æternitatem. Amen.

¶ Precatio contra diabolum,

DOmine Iesu Christe qui per os sancti Petri Apostoli verissimè dixeras, aduersarium nostrum diabolū quasi leonem rugientem circuire quęrentem quem deuoret, operosus enim est & impetuo-

sus, & irrumpit in nos ita, vt
nisi tu adiuues facilè deceperit
nos astutia sua, interuerterit
nos potētia, & crudelitate sua
discerpserit nos, quodsi tu se-
mel qui illum superaueras, vel
eminus apparueris facilè illũ
perterrefacies, & vnico aspe-
ctu fugam conuertes, dignare
domine in defensionem tuam
nos recipere infantes adhuc
imbecillos, debiles, imperitos
ne impetuosa, crudelisq; be-
stia nos discerpat ac dilaniet.
Præ nobis ferimus in hac pu-
gna nostra crucem, vexillum
tuum, crucem, triumphum tu-
um, crucem, victoriam tuam,
vt inimicus noster certò intel-
ligat

ligat nos tuo consilio, auxilio, praesidio, nostras res gerere. Tibi gloria ad aeternitatem. Amen.

¶ Pro alterius vitae cupiditate.

ANimae obscurus, teterq; carcer hoc corpus est, exilium quasi, & amandatio hic mundus, cura tantũ & miseria vita nr̃a est, vbi tu es dñe, ibi vera patria libertas, sẽpiterna foelicitas. Excita interĩ mẽtes nostras ad tantam foelicitatem animo repetendam. Affunde cordibus nostris preciosarum & expetendarum rerum omnium cupiditatem. Da mentibus nostris quietem, & concede, vt aliquem gustum aeter-

narum fœlicitatum habeamus vt res humanæ omnes sordidę nauseabundæq́ʒ videantur, quas nunc tam laboriose inquirimus, tam cupidè complectimur, tam firmiter retinemus, vt has acerbas inquinatásqʒ res fugiamus & repudiemus, dulcedinem consuetudinis tuæ ardenter concupiscamus, qua bonitas omnis continetur. Tibi gloria ad æternitatem. Amen.

Finis.

The copy of the Kynges highnes bill assigned.



ENRY the eight by the grace of GOD, of England, Fraunce, and Ireland kyng: defendoure of the faith, of the churches of Englande and Irelād in yearth the supreme hedde. To all printers and bokesellers, and to all other our officers, ministeres and subiectes. We do you to understand, that of our grace especiall we haue graunted and geuen priuilege and licence, to our welbeloued subiect Richard Grafton printer and seruaūt to our moste derest soone Prince Edwarde, and Edward Whitchurche citezen of London, to print or cause to bee printed our primer (now by us and our clargie) set furth both in Englishe and latin, and none other persone nor persones of what estate, degree, or condicion soeuer thei bee of, to print or cause the same primer to bee printed, or any parte thereof but onely the saied Richard and Edwarde and either of theim and the assignes of any of theim. Neither to sell nor buy of any other impressions then suche as shalbee printed by the saied

Richard or Edward or of the assignes of any of them.

Wherefore, wee woll and streightly cō-maunde and charge all and singuler our subiectes, aswell printers as bokesellers and all other persones within our dominions, that thei ne any of theim presume to printe, or sell or cause to bee printed or solde the saied boke or any parte therof, contrarie to the meanyng of this our present licece and priuiledge vpon paine of our hygh displeasure.

Geuen at oure Manour of Grenewich the xxviii. daie of Maye, in the xxxvii. yeare of our reigne.

God saue the Kyng.




E
P
ICH
DI
EN



Ex officina Richardi Graftoni
Clarissimo Principi Edouardo
typographi. vi. die mensis Sep.
Anno. M. D. XLV.
Cum priuilegio ad impri-
mendum solum.